AVG. HVNNAEI

DE SACRAMENTIS ECCLESIAE CHRISTI AXIOMATA.

QVIBVS B. THOMÆ AQVINATIS doctrina de iiſdem Sacramentis in tert[illegible] Theologicæ parte,

EIVSQVAE SVPPLEMENTO [illegible] DITA, à diſputationum prolixitate ad ſummam breuitatem memori[illegible] euocatur.

ADIVNCTIS SCHEMATIBVS, QVÆ [illegible] DVM, quam B. Thomas ibidem in Sacramentorum materia ex plica[illegible], breuiter ac dilucidè ob oculos ponunt.

OPVS POST DILIGENTEM RECOGNITIONEM ATQVE caſtigationem, in lucem prodiens, & omnibus tam Catechiſ[illegible] ſacræ Theologiæ ſtudioſis vtiliſſimum.



LVGDVNI

APVD STEPHANVM MICHAELEM

M. D. LXXXVIII.

UNIVERSITAT

AVG. HVNNAEI

DE SACRAMENTIS ECCLESIAE CHRISTI AXIOMATA.

QVIBVS B. THOMÆ AQVINATIS doctrina de iiſdem Sacramentis in tertia Summæ Theologicæ parte,

EIVSQVAE SVPPLEMENTO TRADITA, à diſputationum prolixitate ad ſummam breuitatem memoriæ gratiſsimam reuocatur.

ADIVNCTIS SCHEMATIBVS, QVÆ METHODVM, quam B. Thomas ibidem in Sacramentorum materia explicanda ſequitur, breuiter ac dilucidè ob oculos ponunt.

OPVS POST DILIGENTEM RECOGNITIONEM ATQVE caſtigationem, in lucem prodiens, & omnibus tam Catechiſmi, quàm ſacræ Theologiæ ſtudioſis vtiliſſimum.



LVGDVNI.

APVD STEPHANVM MICHAELEM

M. D. LXXXVIII.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI D. IOANNI *Lindano Gertrudani Cœnobij apud Louanienſes Abbati præſtantiſſimo, & viro, cùm generis nobilitate, tum virtutis & eruditionis laude clariſſimo, Auguſtinus Hunnæus* S. P. D.

CVM ante annos decem in veſtro Gertrudano cœnobio, ampliſsime Præſul, quartum Sententiarum librũ, in quo de Sacramentis agitur, prælegerem, idémque argumentum ex Summæ B. Thomæ Aquinatis tertia parte diſputarẽ, inter alias commonitiones, frequenter meos diſcipulos ad locos communes Theologicos ſibi comparandos (in quibus tanquam in commodis quibuſdam & bene digeſtis ſcriniolis, quicquid apud vllum ſcriptorem memorabile & ſcitu dignum reperirent, ita diſponere atque reponere poſſent, vt quocunque in poſterum tempore eius vtendi ſeſe offerret occaſio, paratum haberent) cohortari ſolebam: Illud adiiciens, ſi vniuerſam Summæ Theologicæ B. Thomæ Aquinatis doctrinam (quæ ipſa tota per locos communes, eſt digeſta) ſummatim & quàm paucisſimis fieri poſſet axiomatibus (omnibus ex vtraque diſputationis parte argumentis ſubtractis) comprehenderent, itáque comprehenſam omni cura atque diligentia memoriæ mandare niterentur, vtiliſsimam eos nauaturos operam, vberrimúmque ſui laboris inde fructum percepturos eſſe.

Ipſe quoque, vt non modò verbis, ſed etiam opere & exemplo, iſtius generis ſtudij Theologici vtilitatẽ illis commendarem, cœpi ea, quæ B. Thomas in ſua Summa de ſacramentis, doctiſsimè quidem, ſed admodum prolixè, diſputat ad eum, quem iam dixi modum, contrahere: quem quidẽ conatum, licet frequenter grauiſsimis meæ profeſsionis Theologicæ occupationibus interruptum & intermiſſum, Deo tamen vires ſuppeditãte, tandem ad optatum perduxi finẽ: & ita perduxi, vt plerique amici noſtri, iidémque viri doctiſsimi, quod præſtiterã ſibi magnopere placere, & ſi in lucẽ ederetur, fore vt hoc adminiculo, Theologiæ ſtudioſis adoleſcentibus, & laboris plurimum leuaretur, & vtilitatis non parum, tum propter rei commoditatem, tum etiam propter induſtriæ imitationem compararetur, aſſererent.

Quorum iudicium, tum quòd per ſe maximi apud me eſſet momenti, tum etiam quòd idem ipſa experientia antea compertum haberem, non potui non probare atque ſequi. Vehementer enim animum meum commouebat, quòd pleroſque ex meis diſcipulis magnos breui tempore in ſtudio Theologico, hac, vt mihi perſuadebam, ſtudendi ratione progreſſus feciſſe animaduerterem, qui poſtea ad Baccalaureatus gradum conſcendentes, luculentum ſuæ eruditionis documentũ publicè dederunt: inter quos non poſtremus erat dominus Adrianus Beaufortius tunc adoleſcens maximæ ſpei, nunc autem vir pietate ſingulari & diſciplinæ monaſticæ, tum in ſua vita inſtituenda cultor diligentiſſimus, tum in aliorum formandis moribus grauiſsimus (vt ex laudabili eius Prioratu, quo ſeptimum iam fungitur annum, omnibus eſt notum) atque optimus præceptor.

Itaque maiorem publicæ vtilitatis, quàm noſtri nominis, rationẽ habendã eſſe exiſtimantes, paſsi ſumus hanc, licet rudem adhuc, & parũ pro argumenti dignitate, & noſtri ſeculi excellenti eruditione, expolitã (neque enim nobis per cõtinuas & grauiſsimas quotidianę profeſsionis Theologicę occupationes neceſſariũ ad eã expoliendã tempus adhibere vacauit) lucubratiunculã in lucem ad communem ſtudij Theologici vtilitatẽ ac facilitatem promouendã, exire.

Cum autem longo iam vſu, plurimíſque doctorum hominũ exemplis receptũ videremus, vt eiuſmodi teneri adhuc literati fœtus, quo publicæ lucis radios facilius ferre & aduerſus obtrectatorũ iniurias tutiores eſſe poſsint, eximij alicuius, & auctoritatis dignitatíſque ſpectatę viri patrocinio atque tutelę cõmendentur, eíque dedicentur, tã vſitatam, & tanto doctiſsimorum hominum vſu receptam celebratámque conſuetudinem, nequaquã negligendam duximus.

Itaque cùm multum diúque apud nos cogitantes, iſtorũ tertiæ partis Summæ B. Thomæ axiomatum nunc primum prodeuntium in lucẽ patronũ atque protectorẽ, cui & grata eſſent, & cuius auctoritate, nominíſque ſplendore candidis lectoribus cõmendatiora, & ab inuidorũ maledicorúmq; obtrectationib⁹ tutiora redderẽtur quęrerem⁹, tametſi nõ pauci tales nobis occurrerent, qui tibi tũ, reuerende Præſul, hac in parte præferẽdus viderẽ, occurrebat nemo.

Mouebat enim me non parum, quòd ex vniuerſo Gertrudanorum conuentu, in quo complures pietate, doctrina & gubernandi dexteritate præſtantes viros eſſe omnibus palàm eſt, te propter ſumma tua in Gertrudanũ cœnobium merita, maximámque tui Prioratus, quo idem cœnobium per decẽ totos annos rectè ſapientérque adminiſtraſti, laudem, cæteris poſtpoſitis, Abbatem electum & confirmatum, Regia Maieſtate electionem comprobante viderem.

Quocirca & meum & bonorum omnium commune gaudium (quod licet multi apud vos eodẽ honore digni fuerint, tibi tamen vt digniſsimo & maximè omnium idoneo hic honor ſit delatus) mea voce teſtandum, omnibúſque, quibus hunc honorem & gratum & felicem accidiſſe arbitrabar, arrepta iſtius libelli ſub tuo nomine diuulgandi occaſione, gratulandum putaui.

Veſtro igitur in primis Gertrudano cœnobio gratulor, quòd D. Philippo Hoſdenio piæ memoriæ Abbate laudatiſſimo (cuius laudes ab omnibus omnium ordinum hominibus certatim celebrantur, & celebratu digniſsimæ ſunt) orbatum, nunc ad ſuum dolorem leniendum, talem Abbatem, qui D. Philippi Hoſdenij virtutem atque laudem vel ſuperaturus, vel certè æquaturus ſperetur, ſit nactum.

Toti quoque noſtræ Gertrudanæ parœciæ gratulor, quòd eum nacta ſit ſuperiorem paſtorem, qui Huluordienſium paſtoratu per ſex annos rectè laudabilitérque adminiſtrando, maxima dedit ſuæ in parœcia gubernanda dexteritatis, atque prudentiæ documenta.

Pauperibus quoque & calamitoſis omnibus eſt cur gratulari debeam: horum enim te benignum parentem atque patronum fore, in eorúmque ærumnis & calamitalibus conſolandis atque ſubleuandis domini Philippi Hoſdenij anteceſſoris tui (qui hac ex re & apud Deum & apud homines ſummam conſecutus eſt laudem) veſtigia ſecuturum eſſe, me aliíſque parœciæ optimatibus quum tibi hunc gratularemur honorem, & vt felix fauſtúſque parœciæ, totíque Chriſtianæ reipublicæ eſſet precaremur, præſentibus & audientibus, ſpopondiſti.

Huc accedebat, quòd hoc opuſculum in veſtro cœnobio primum, dum idem argumentum apud vos diſputarem, eſſet meditatũ, & quòd veſtri cœnobij religioſis adoleſcẽtibus, paſtoratu aliquãdo functuris, vtiliſsimũ fore videretur.

Cupiebam denique noſtræ amicitiæ iam inde à tua pueritia, dum ante annos triginta prima Grammatices rudimenta in florentiſsimo apud Louanienſes Caſtrenſi gymnaſio me præceptore vnà cum domino Carolo fratre tuo, nunc Parcenſi Abbate præſtantiſsimo diſceres, inchoatæ, & ab eo tempore ſemper continuatæ, manifeſtum ſempiternúmque extare monumentum.

Has ergo aliáſque ob cauſas plurimas, quas ſtudio breuitatis prætereo, iſtam tibi dicatam, ornatiſsime Prẹſul, lucubratiunculam, (perexiguam quidem, ſi in ea quod noſtrum eſt, tantummodo ſpectetur: ampliſsimam verò & longè maximam, ſi doctrinæ in ea incluſæ, quam à B. Thoma ſumus mutuati, pretioſiſsimus incomparabiliſque theſaurus conſideretur) & certè ab animo, tum veſtræ, tum vniuerſi veſtri cœnobij dignitatis, laudis atque vtilitatis ſtudioſiſ-

ſimo profectam, pro tui pectoris mihi à tot annis probè perſpecti candore, ac conſueta & ab omnibus prædicata humanitate, æqui boníque conſulere, méque inter ſincerisſimos eius honoris, qui tibi paucis ab hinc diebus, diuina prouidentia ita diſponente, tuíſque meritis ſuffragantibus obtigit, fautores habere digneris.

Deus Opt. Max. ſua gratia in te largiter effundenda faxit, vt maximæ præclarisſimæque omnium bonorum de te expectationi, tum ſapiente Gertrudani cœnobij moderatione, tum religioſa & ſancta inſtitutione vitæ, vniuerſique tui muneris laudabili functione cumulatè ſatisfacias. Vale Dat. Louanij Anno Domini M. D. L X I X. Kalendis Octobribus.

TYPOGRAPHVS CANDIDO LECTORI S. D.

QVANDOQVIDEM ita natura comparatum eſt humanũ ingenium, beneuole lector, vt de rebus nouis & ſuperficie tenus ac nomine tantùm ſibi cognitis, neque æquam exiſtimationem, & qualem eiuſmodi res merentur, concipere, neque veram & cordato viro dignam de iis ſententiam ferre queat: non inutile, neque ingratum tibi fore ſum arbitratus, ſi iſtius libelli ex noſtra officina, doctisſimo Theologo, & ordinario atque Regio ſententiarum Theologicarum apud Louanienſes profeſſore D. Auguſtino Hunnæo auctore, nunc primùm in lucem prodeuntis, commoda aliquot, ex multis, prolixitatis vitandæ cauſa omisſis, breuiter hic commemorarem, ad quæ reſpiciens, & prudentius tuum de ipſo libello iudicium moderari, & eius vſu ſtatim ab initio conſpecto, quam vtilitatem omnibus pietatis ſtudioſis ſit allaturus, faciliùs ſtatuere poſſes.

1 Vt igitur ad rem veniam, Theologicæ diſciplinæ partem vnam, eámque vel præcipuam, & Sacerdotibus, omnibúſque pietatis Chriſtianæ ſtudioſis, cognitu maximè neceſſariam, in doctrina ad Sacramenta pertinente poſitam eſſe, nemo eſt, (vt mea quidem fert opinio) qui non fateatur.

Hanc partem ita breuiter atque dilucidè, & (ſi nudam tantum veritatis cognitionem requiras) ita plenè atque perfectè, talíque ordine, hic libellus complectitur, vt nullum neque compendium, neque aliud quodquam ſcripti genus, vnde iſtius Theologiæ partis notitiam faciliùs & vberiùs, cum pari breuitate, Chriſtianæ pietatis ſtudioſus diſcere poſſet, extare putem.

Itaque vt claritatis, doctrinæ vtilitatis, concinnæque diſpoſitionis nomine omnibus Theologiæ ſtudioſis eſt vtilisſimus: ita & breuitatis cauſa (quippe in quo omni probationum, obiectionum, diſſolutionum, & aliorum cuiuslibet generis non neceſſariorum verborum prolixitate amputata, pura & nuda B. Thomæ de Sacramentis ſententia atque doctrina fideliter exponitur) illorum vſibus, qui variis diſtenti negotiis, exiguam temporis portionem, huic ſtudio impertiri poſſunt, eum longè accommodatisſimum eſſe, vel me tacente res ipſa loquitur.

2 Deinde quod parui faciendum non eſt, locos communes de Sacramentis ordine conuenientisſimo digeſtos, ad quos quicquid apud alios Eccleſiaſticos ſcriptores de hac eadem materia ſcitu dignum, & memorabile notaueris, facillimè, & cum maxima tuorum ſtudiorum vtilitate atque promotione referre queas, hic libellus ſubminiſtrat.

3 Iſta quoque huius libelli neque parua, neque contemnenda commoditas nobis videtur, quòd quæ vel apud B. Thomam, vel apud quemuis alium orthodoxum ſcriptorem, fusè de Sacramentis diſſerentem, Chriſtianæ pietatis ſtudioſus legerit, ea hîc breuiter & ſummatim repetere, illorúmque memoriam renouare, atque confirmare poſsit.

4 Neque ad diſcentium tantummodo, verùm etiam ad docentium atque diſputantium vtilitatem accommodatus eſt hic libellus.

Quum enim & à docentibus in auctore quem prælegendum ſumunt & diſputantibus in theſibus, quas defendendas ſuſcipiunt, non verborum prolixitas, ſed rerum ſententiarúmque vbertas, non rationum moles & argumentationum ambages, ſed diſtinctæ, claræ atque certæ de rebus ſingulis aſſertiones quærantur, non poteſt (mea quidem ſententia) non vtilisſimus ipſis eſſe is liber, in quo de omnibus difficultatibus, in Sacramentorum doctrinam incidentibus quid B. Thomas, ſummæ in Eccleſia catholica auctoritatis doctor, ſenſerit, memoriæque prodiderit, paucisſimis atque breuisſimis Axiomatibus, & verbis clarisſimis, appoſitisſimis, miniméque barbaris, fideliter eſt comprehẽſum.

Cætera huius libelli commoda, licet neque pauca, neque parua ſint, prætermittenda tamen duxi, tum quòd te, ipſo libello legendo eorum fructum decerpere potius quàm meis verbis fidem adhibendo, magnificam de ipſo libello opinionem concipere vellem, tum etiam ne diffusè & accuratè, ea quæ minimo negotio cognoſci poſſunt perſequendo, vel tuæ diligentiæ vel iudicio tuo diffidere videar.

Vale, & noſtros in iuuanda re literaria, catholicæque Religionis doctrina pro noſtra virili portione propaganda pios conatus, ac maximos incredibiléſque labores & ſumptus, tuo ſaltem fauore atque beneuolentia proſequere.

AVGV-

AVGVSTINI HVNNAEI DE SACRAMENTIS AXIOMATA,

Vniuerſam B. Thomæ Aquinatis in tertia ſuæ Summæ parte, de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis doctrinam, in nonaginta nouem locos communes diſtributam, breuiter & dilucidè complectentia.

ADIECTIS

In verſiculorum interuallis, & ad marginem numeris ſibi mutuo reſpondentibus, qui quoto cuiuſque quæſtionis articulo idem apud Thomam dicatur, oſtendunt.

DE SACRAMENTIS IN GENERE.

De Sacramẽtis in genere hæc apud Thomam, & in ſequẽtib. axiomatib. explicantur.
- Sacramẽti in genere natura & propria ratio. Quæſtione 60.
- Sacramentorũ.
  - Neceſsitas. 61.
  - Effectus.
    - Primarius, qui eſt gratia in oĩbus Sacramentis. 62.
    - Secundarius, qui eſt character in tribus tantùm Sacrĩs. 63.
  - Cauſa, ſeu auctor & miniſter. 64.
  - Numerus. 65.

AXIOMA I.

Sacramentum eſt rei 2. ſacræ, quæ homini ſancti- 2
tatem affert, 4. ſenſui expoſitum 1. ſignum, 3. quod & 4
Chriſti memoriam renouat, & futuræ beatitudinis 1
gloriam prænuntiat 5. Atqui vt in ſingulis Sacramen- 3
tis, certæ & definitæ res ſignificantes, materiæ loco 5
ſunt adhibendæ, 6. 7. ita certa definitáque verba, 6
quæ formæ locum teneant, iſtis rebus accedere de- 7
bent, 8. neque illis quicquam addere aut ſubtrahere 8
licet, per quod legitimæ formæ ſenſus euertatur.

Ex tertiæ partis q. ſexageſi. quæ i octo partes diſtributa, hoc primo axiomate tota breuiter continetur.

AXIOMA II.

2. Durante quidem innocentiæ ſtatu, nullis vel 2
ad ſanandam, vel ad perficiendam ſuam naturam
egebat homo Sacramentis. At poſt illum optabi-
lem ſtatum culpa primi parentis amiſſum, ſacramen-
ta hominibus neceſſaria eſſe cœperunt, 3. iis quidem 3
qui Chriſti aduentum anteceſſerunt, ad ſuam de
Chriſto naſcituro & paſſuro fidem profitendam:
4. iis verò qui poſtea fuerunt vel erunt, ad ſuam de 4
Chriſto iam nato & paſſo fidem teſtificandam, & 1. 1
vtriſque ad æternam animi ſalutem conſequendam.

Sacramẽtiĩ genere natura & propria ratio.

Sũma q. 61. quadrifariã apud B. Thom. diſtributa. Sacramẽtorum neceſsitas.

AXIOMA III.

1. Nouæ legis Sacramenta, non quidem vt cau- 1
ſæ principales, ſed vt inſtrumenta diuinæ miſeri-
cordiæ, 4. viſa ex Chriſti 5. paſsione accepta, gratiã 4
talem conferunt, 2. per quam vltra dona, & virtutes, 5
quoddam diuinum auxilium, ad faciliùs Sacramenti 2
finem conſequendum accedit: Vnde perſpicuum eſt,
3. gratiam in ſacramento, vt rem in ſuo ſigno, & vt ef- 3
fectum in inſtrumento, contineri. 6. Cæterùm veteris 6
legis Sacramenta ſalutaris quidem fidei in Chriſtum
ſymbola quædam erant, at gratiæ conferendæ nullam
vim nullámque efficacitatem penitus habebant.

Sũma q. 62. in ſex partes diſtributa.

Sacramẽtorum effectus prĩcipalis, q eſt gratia.

AXIOMA IIII.

1. Per 6. nouæ legis tria Sacramenta, Baptiſmum, 1
Confirmationem & Ordinem, ſuſcipientium animis 6
ſpiritalis quidẽ character imprimitur, 2. qui nihil aliud 2
eſt, niſi facultas quædam 3. ſpiritalis à Deo perfecta, 3
& ad diuinum cultum ritè peragendum, animæ parti 4
intelligenti, vt 4. ſuo ſubiecto impreſſa, quæ 5. nullo 5
vnquam tempore deleri aut obliterari poteſt.

Sũ. q. 63. i 6. partes, vt ſuperi. or. diuiſa. Sacramẽtorũ quorundam effect⁹ ſecũdarius, qui ẽ character.

AXIOMA V.

2 2. Quemadmodum Sacramẽtorum auctor & inſti-
1 tutor eſt ſolus Deus, 1. ita quoq; interni eorũ effectus
primaria & principalis eſt cauſa, homo verò tantũmo-
3 do miniſter 3. Itaque Chriſtus vt De⁹ quidẽ ſua aucto-
ritate internum Sacramenti effectum, vt homo autem
meritis operatur, miniſteriíque (principalis tamen &
4 longè excellentisſimi) poteſtatem habet 4. Hinc ta-
metſi Chriſtus poteſtatem, quam in Sacramentis, vt
homo obtinebat, cum alio homine communicare po-
tuerit; auctoritatem tamen quam in iiſdem, vt Deus
habebat, nemini mortalium non magis quàm ſuam ip-
ſius diuinitatem impertiri potuit. De Sacramentorum
autem miniſtris ita ſentit atque docet Catholica Chri-
6 ſti Eccleſia, 6. improbos peccare quidem miniſtrando
5 Sacramenta, 5. ipſa verò Sacramenta miniſtrorum per-
7 uerſitate, neque pollui, neque impediri: 7. licet an-
gelis à Deo concedi potuerit, non tamen conceſſam
eſſe, ſed hominibus duntaxat Sacramentorum diſpen-
9 ſationem: in ſacramentorum miniſtris 9. non fidem,
8 ſed 8. rectam intentionem eſſe neceſſariam, 10. non ta-
10 men quamlibet, ſed eam duntaxat quæ directè reſpi-
cit ipſum ſacramentum.

Summaq. 64. quæ in decẽ quæſtiones à B. Thoma diſtributa eſt.

Sacramentorũ cauſa ſeu auctor & miniſter.

AXIOMA VI.

1 1. Septem ſunt Eccleſiæ Sacramenta, 2. hunc inter ſe
2 ordinem habentia, vt Baptiſmũ primũ locum tenentẽ
cõfirmatio, Confirmationẽ Euchariſtia, Euchariſtiam
Pœnitentia, Pœnitentiam Extrema vnctio, Extremam
vnctionem Ordo, Ordinem verò matrimonium ſe-
quatur. 4. Quæ quidem Sacramenta licet ad hominis
ſalutem promouendam, omnia plurimũ habeant mo-
menti; tria tamen duntaxat ad eam ſunt neceſſaria, ni-
mirum Baptiſmus omnibus, Ordo Eccleſiæ, & pœni-
tentia iis qui poſt ſuſceptũ baptiſmum aliquo ſcelere
3 ſe ſe polluerunt. 3. Cæterùm quanquam ordine quo-
dam naturali tertius inter Sacramenta locus Euchari-
ſtiæ tributus ſit, dignitate tamẽ & maieſtate reliquis
omnibus longè antecellit.

Sũma q. 65. quadrifariã diſtributa

Sacramẽtorum numerus.

DE BAPTISMO.

Ad cuius explicationem.
- Prius de ipſo Baptiſmo iſta quatuor tractantur.
  - de natura & propria ratione Baptiſmi. 66.
  - quis ſit idoneus Baptiſmi miniſter. 67.
  - de ſuſcipientibus Baptiſmum. 68.
  - de effectu Baptiſmi. 69.
- Deinde de iis quæ præparationem ad Baptiſmũ continẽt. dicitur, videlicet
  - de Circunciſione 70.
  - de catechiſmo & exorciſmo. 71.

AXIOMA VII.

1 1. Ablutio quæ fit per aquam accedentibus verbis
9 præſcriptis, propriè eſt Baptiſmus, 9. ex eorũ numero
2 Sacramentorum, quę iterationem non patiuntur, 2. &

Sũma q. 66. in 12. partes diſtributa

 in Chri

in Chriſti baptiſmo, quantū ad ſuam vim & Sacramen
ti nomen attinet, quantum verò pertinet ad neceſſa-
rium eius vſum, poſt Chriſti mortem & reſurrectio-
nem inſtitutus.3. Cuius materia eſt aqua, 4. etiam mu- 3
Baptiſmi natura & propria ratio.
tationem aut mixtionem paſſa, modò aquæ nomen & 4
ſpeciem retineat, 5. forma verò iſta: Ego te baptizo in 5
nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, 6. Quapro- 6
pter non eſſet baptiſmus, qui ſine peculiari Dei con-
ceſſu in nomine Chriſti conferretur. Cæterū de mer-
ſione iſtud tenendum, quamuis 8. nec trina, nec 7. 8
vnica merſio ad baptiſmum ſit neceſſaria, imò affuſio 7
vel aſperſio quæ ad baptiſmi veritatem ſufficiat, tri-
nam tamen merſionem, niſi aut ſcandali, aut hæretico-
rum moris vitādi cauſa, ſine graui peccato omitti non
poſſe. Eſt enim conueniens iſte ritus, 10. quemadmo- 10
dum & cæteri, quibus in hoc ſacramento vti conſueuit
Eccleſia. 11. At de tribus baptiſmorum generibus, quę 11
ſunt aquæ, ſanguinis & flaminis baptiſmus, ita ſentit
Eccleſia, vt primò effectum baptiſmi cum nomine ſa-
cramenti, cæteris verò duobus effectum tantummo-
dò, 12. eúmque ſanguinis baptiſmo excellentiſsimum 12
perfectiſsimúmque tribuat.

AXIOMA VIII.

Sūma q. 67 in octo q. diſtributa.
2. Tametſi proprius & ordinarius baptiſmi miniſter, 2
1. non diaconus, ſed ſacerdos ſit, in ſacerdotis tamen 1
abſentia non modò diacono & clerico cuiuis, ſed etiam
3. laico & 4. mulieri, & quod amplius eſt, non 5. bap- 4
tizato, neceſsitate vrgente baptizādi poteſtas concedi 5
tur: peccarēt nihilominus ſinguli iſtorum, ſi aut extra
neceſsitatē, aut alioqui ad dignitatē ſacerdotalem pro-
Baptiſmi miniſter.
pius accedēte, præſente, baptizandi partes temerè in- 6
uaderēt. 6. Duo quoque ſimul, modò vſitatā in Eccleſia
formā vterque ſeruet, vnum eūdémque hominem bap
tizare poſſunt. Si verò ſuis perſonis formā accōmodā-
tes, pro, Ego te babtizo, dixerint: Nos te baptizamus,
veriſimile eſt vanum & irritum illorum conatum fo-
re. De ſuſceptoribus verò iſtud tenendum, 7. ſuſcepto- 7
rem aliquem velut pędagogum eius qui baptizatur ab-
hiberi oportere, non propter Sacramēti neceſsitatem,
ſed propter ſalutis baptizandi curā maiorem: 8. ad mu- 8
nus enim ſuſceptoris pertinet, ſi baptizati parentes ſuo
non fungantur officio, eniti vt baptizatus Catholica
ſanáq; fide, & ſanctis Chriſtianíſque morib⁹ imbuatur.

AXIOMA IX.

Summa q. 68. in vndecim quæſtiones diuiſa.
1. Omnibus in vniuerſum baptiſmus, vel qui reipſa, 1
vel ſaltem qui 2. propoſito ſuſcipitur, eſt ad ſalutem ne- 2
ceſſarius, & in 9. paruulis nunquam, in 3. adultis verò 9
ferè ſemper eſt differendus, 5. habétque ex paſsione & 3
morte Chriſti vim tantam ad eradendas peccatorum 5
quæ inuenit, maculas, vt nulli baptizato ſatisfactionis
Baptiſmū ſuſcipientes.
nomine quicquam ſit præſcribendum. 4. Peccatores 4
tamen quos delictorum ſuorum pœnitet, nō quos ve-
ſana libido peccandi adhuc tenet, ſunt ad hoc Sacra-
mentum recipiendi. Licet enim hic 6. externa peccato 6
rum confeſsio non requiratur, interna tamē quæ Deo
ſit, & peruerſæ vitæ prioris abominatio ad huius Sa-
cramenti fructum percipiendum, 7. intentio verò bap- 7
tiſmi accipiendi adultis etiam ad characterē ſuſcipien-
dum eſt neceſſaria: 8. poteſt nihilominus ſine recta fi- 8
de quiſquam baptiſmi characterem ſuſcipere, non au-
tem gratiam aut fructum eius percipere. Et licet ſine
mora paruulis (vt antè diximus) hoc Sacramentum
impertiendum ſit, 10. non ſunt tamen baptizandi aut 10
Iudæorum aut aliorum infidelium liberi ratione non-
dum vtentes parentibus inuitis, 12. neque amentes aut 12
furioſi, niſi vel à natiuitate ſemper eo vitio laborarint,
vel ante ſuam amentiam, baptiſmum deſiderare ſigni-
ficarint. 11. Eos verò qui in vtero materno adhuc inclu 11
ſi tenentur, cùm ablui nequeant, clarum eſt nec bap-
tizari vllo modo poſſe.

AXIOMA X.

Summa q. 69. in 10 partes diſtributa.
1 Baptiſmus omnium quæ inuenit, peccatorum ma- 1
culas abluit, & 2. culpam ſimul cum pœna tollens, 4. 2
gratia ac virtutibus decorat 6. nō minus infantes quā 4
adultos, 5. mentem illuſtrat, Chriſti corpori hominem 6
inſerit, & quaſi fœcundum ad proferendas ſanctas a- 5
ctiones reddit: 7. Regni quoque cæleſtis ianuam pate- 7

3 facit. 3. Moleſtias tamē, cruciatus & dolores vitæ præ-
Baptiſmi effectus.
8 ſentis ob multas cauſas non aufert. 8. Porrò licet om-
nes eodem modo affecti proprium & ordinarium bap-
tiſmi effectum æqualiter participent, in eo tamē quòd
vltra baptiſmi inſtitutionem diuina bonitas elargitur,
magna eſt varietas, etiam ſi paria ſint baptizatorum
9 merita. 9. Iſtud quoque certum eſt, quemadmodum
menti ſinceritas & integritas ad baptiſmi ſalutares ef-
fectus percipiendos neceſſarię ſunt, ita fictione & per-
10 uerſitate eoſdem effectus impediri & prohiberi. 10. Ni-
hilominus tamen his impedimētis poſteà ſublatis bap-
tiſmus antè ſuſceptus proprios natiuóſque gratiæ &
virtutum effectus, non ſecus quàm ſi nullum fuiſſet
impedimentum, ſortitur.

AXIOMA XI.

Summa q. 70. quadrifariam diuiſa. Circunciſio.
1 1. Figura & præparatio quædam futuri baptiſmi e-
2 rat Circunciſio, 2. quæ quum fidei Chriſti confeſsio-
nem contineret, rectè in Abrahamo, qui primus de
Chriſto naſcituro promiſsionem accepit, fuit inſtitu-
3 ta, 3. adiunctis ei ritibus conuenientiſsimis, vt qui ab
illo, cuius ſapientiæ nullus eſt finis, fuerant dictati at-
4 que præſcripti. 4. Peccati verò originis condonatio,
aliæque gratiæ quę in Circunciſione Iudæis continge-
re ſolebant, non ad Circunciſionis propriam vim, ſed
ad fidem de futura Chriſti paſsione atque morte re-
ferri debent.

AXIOMA XII.

Summa q. 71. quadrifariam vt ſuperior, diſtributa. Catechiſmus & exorciſmus.
1 1. Baptiſmum Catechiſmus quo doctrina fidei trada-
2 tur, 2. Catechiſmum verò exorciſmus, 3. quo maligni
3 ſpiritus expellantur, ſenſúſque ad ſalutis myſteria per
cipienda aperiantur, antecedere debet, ac vterque tam
4 catechiſmus quàm exorciſmus ad 4. officium pertinet
ſacerdotis, qui tamē in catechiſmo tradēdo, lectoris, in
exorciſmis verò peragendis exorciſtæ vtriſ miniſterio.

DE CONFIRMATIONIS SACRAMENTO.

AXIOMA. XIII.

Summa q. 72. in 12. partes diuiſæ.
1 1. Confirmatio rectè inter ſeptem Sacramenta nu-
5 meratur, quippe quæ 5. characterem vt baptiſmus, im-
7 primit, 7. & gratiam vt cætera omnia Sacramenta,
8 impertitur: ob ídque 8. nemini idoneo eſt neganda, 11.
11 neque ab alio quàm ab Epiſcopo adminiſtranda. 2. Hu-
2 ius conueniens materia eſt chriſma ab 3. Epiſcopo con-
3 ſecratum: forma verò iſta, Conſigno te ſigno crucis, &
confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Fi-
4 lij, & Spiritus ſancti. 9. Locus autem in quo adhiberi
Confirmationis Sacramentum.
9 debet, eſt frons, metus & verecundiæ ſedes. 12. Qui
12 quidem ritus, & cæteri omnes qui in hoc Sacramento
6 fiunt, admodum ſunt conuenientes. 6. Et licet nemo
niſi baptizatus ad confirmationem ſuſcipiendam
10 ſit idoneus, 10. in Confirmatione tamen vt in Baptiſ-
mo, adeſſe oportet, qui confirmatum erudiendi partes
ſuſcipiat, non quidem primis illis Chriſtianæ fidei ru-
dimentis, ſed iis artibus, quibus in Chriſtiana & ſpiri-
tali militia ad vincendum eſt opus.

DE EVCHARISTIA, IN GENERE.

Ad Euchariſtiæ explicationem iſta octo tractantur, videlicet de
- ipſo Sacramento Euchariſtiæ. quæſt. 73.
- materia eius
  - ſpecie materiæ. 74.
  - tranſſubſtantiatione panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti 75.
  - modo quo exiſtit Chriſtus in hoc Sacramento. 76.
  - accidentibus panis & vini. 77.
- forma eiuſdem. 78.
- effectibus. 79.
- accipientibus Euchariſtiam. 80.
- modo quo Chriſtus vſus eſt Euchariſtiæ Sacramento. 81.
- idoneo Euchariſtiæ miniſtro. 82.
- ritu qui debet in iſto Sacramento ſeruari. 83.

AXIOMA XIIII.

Summa q. 73. ſex partes diſtributa. Euchariſtiæ Sacramentum.
4. Euchariſtia tametſi ob varias ſignificationes, quas
4 in ſe continet, multis nominibus rectè appelletur, 6.
6 variiſque figuris (inter quas præcipua fuit agni paſ-
chalis immolatio) propter multa quæ complectitur,
fuit

fuit adumbrata, 2. vnicum tamen eſt 1. Sacramentum, 5. 2
multis grauiſsimiſque de cauſis à Chriſto in vltima 1
cœna inſtitutum, 3. & homini non quidem ſimpliciter, 5
ſed ex parte rei duntaxat ad ſalutem neceſſarium. 3

AXIOMA XV.

Sūma q. 74. in octo partes diuiſa. Euchariſtiæ materia.
1. Euchariſtiæ Sacramenti legitima materia eſt panis 1
3. triticeus, ſiue 4. azymus ſit, ſiue fermentatus, 5. & vi- 3
num ex vuis expreſſum, cui dum offertur, 8. pauxillum 4
aquæ, 7. non propter Sacramenti neceſsitatem, ſed ad 5
populi fidelis cum Chriſto vnionem ſignificandam, ad 6
miſceri debet. 2. Quorum quantitas vſu, & eorum fi- 8
delium qui hoc Sacramentum percepturi ſunt, nume- 7
ro metienda eſt atque definienda. 2

AXIOMA XVI.

Sūma q. 75. in octo partes diuiſa. Tranſſubſtantiatio.
In Euchariſtię Sacramento ita panis 1. in verum Chri- 1
ſti corpus, & vinum in verum eius ſanguinem puncto 7
7. temporis 4. 3. conuertuntur, vt poſt conſecrationem 4
5. ſolis accidentibus remanentibus, 2. 6. nihil de illorū 3
ſubſtantia relinquatur. Vnde 8. liquet hoc pronuntia- 5
tum, Ex pane fit Chriſti corpus, etiā ſermonis proprie 2
tate retenta, veritati eſſe conſentaneum. 6

AXIOMA XVII. 8

Sūma q. 76. in octo partes vt ſuperior diſtributæ. Modus quo Chriſtus eſt in Euchariſtia.
In Euchariſtiæ Sacramento non modò ſub 1. 2. vtra- 1
que ſpecie & panis & vini, ſed 3. etiam ſub vtriuſque 2
ſpeciei qualibet parte, ſine fracta, ſiue integra ſit hoſtia, 3
totus Chriſtus cum 4. omnibus ſui corporis dimenſio 4
nibus exiſtit. 5. Non tamē continetur Chriſti corpus in 5
hoc Sacramento vt quantitas dimetiens in loco, ſed vt
ſubſtantia ſub dimetiēte quātitate, 6. neque per ſe, ſed 6
per accidēs dūtaxat, ad motū hoſtię de loco in locū trās
fertur: 7. nullo quoq; ſenſu corporis, imò ne imagina- 7
tione quidē, (vt eſt in hoc Sacramēto) ſed mēte dunta-
xat percipi poteſt. 8. Quādo verò p miraculū vel caro 8
vel puer poſt cōſecrationē in hoc Sacramēto cōſpici-
tur, cùm id remanētibus hoſtiæ dimenſionibus, & mu-
tatione tantùm circa colorē & figurā, aut imaginatio-
nē videntis facta, contingat, credēdum veritatem cor-
poris Chriſti etiam ſub eiuſmodi accidentibus eſſe.

AXIOMA XVIII.

Sūma q. 77. in octo partes diuiſæ. Panis & vini accidentia in Euchariſtia.
In Euchariſtiæ Sacramento poſt ſtupendā ſubſtantiæ
panis & vini in corpus Dominicū conuerſionē, per mi-
raculū 1. quantitas dimetiens, in qua 2. cætera accidētia 1
inhærent, nō modò incolumis ſine ſubiecto manet, ſed 2
etiā proprietatē & munus materiæ nanciſcitur. Qua-
propter & 5. generari & 6. nutriri aliquid ex ea poteſt. 5
3. Quod autē externū corpus immutet, & quòd 7. fran- 6
gi atque 4. corrumpi cū cæteris accidentibus queat, id 3
ex propria eius natura citra miraculū accidit. Iſtud ve- 7
rò ſciendū, Chriſti corpus ſub iſtis accidentibus quan- 4
do immutātur tādiu remanere, quandiu panis aut vini
ſubſtantia eadē numero permāſiſſet. 8. Itaque ſi in vinū 8
conſecratum aliquantulum alieni liquoris infundatur
(modò vniuerſalis cōmixtio non fiat) ſub parte com-
mixta quidem eſſe deſinet, at ſub aliis partibus mixtio-
nis expertibus remanebit verus Chriſti ſanguis.

AXIOMA XIX.

Sūma q. 78. in ſex partes diuiſæ. Euchariſtiæ forma.
1. Legitima & conueniens Sacramenti Euchariſtiæ 1
forma eſt, 2. in pane quidē cōſecrando iſta, Hoc eſt cor- 2
pus meū: 3. In vino autē tranſmutando ea quę ſequitur: 3
Hic eſt calix ſanguinis mei noui & æterni Teſtamenti,
myſteriū fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur
in remiſsionem peccatorum. Quarū formarū verba cū
5. veriſsima ſunt, 4. tū in admirabili panis & vini in cor 5
pus Dominicum efficienda conuerſione per vim crea- 4
tam ſibi inſitam diuinæ potentiæ ſunt inſtrumenta. 6. 6
Quare palàm eſt conſecrationis panis effectū, vini con-
ſecrationis effectus tempore eſſe priorem.

AXIOMA XX.

Sūma q. 79 in octo q. diuiſa. Euchariſtiæ effectus.
1. Euchariſtię Sacramentū, & in præſens gratiā imper 1
titur, & ad 2. æternā gloriā in poſterū conſequēdā plu- 2
rimū valet. 3. Licet enim lethalia peccata quæ hominē 3
ſcientē & volentē obſtrictū adhuc tenent, nō tollat, 4. 4
venialia tamen ſola inuenta, & ea lethalia, quæ è me-
moria exciderant, ex animo delet atque abluit. 5. Præ- 5
terea, de pœna poſt culpā dimiſſam relicta tātū adimit,
quantus eſt vel offerentis vel accipiētis hoc Sacramen
tum charitatis effectus. 6. Præmunit etiam hominem, 6
dignè ipſum accipientem, veluti ſalutare quoddā phar

macum, aduerſus peccatorum ſemper impendens pe-
7 riculum. 7. Nec ſumentibus modò, ſed iis etiam, pro
8 quibus offertur, prodeſt. 8. Neque venialia peccata
iam præterita vim eius impediunt, neque etiam præ-
ſentia, niſi ex ea parte duntaxat qua animum ab omnis
vitij labe purum, ſpiritualis ſuauitatis iucunditate hoc
Sacramentum perfundere ſolet.

AXIOMA XXI.

Sūma q. 80. in duodecim partes diuiſæ. Euchariſtiæ ſumptio.
1 1. Ex duplici Sacramenti Euchariſtiæ ſumendi ra-
2 tione, quarū altera ſacramētalis eſt, altera ſpiritalis, 2.
11 ea quę ſpiritalis dr̄, & homini iuſto ꝓpria eſt, & 11. adul
to ad ſalutem neceſſaria. De ſacramentali verò ſumen-
3 di rōne hæc tenēda ſunt: 3 nō ſolùm iuſtos, ſed ēt pec-
4 catores iſti⁹ ſūptionis eſſe participes, 4. qui in ea graue
5 quidē, 5. nō tamē omniū grauiſsimū committūt pecca-
6 tū. 6. Publico peccatori etiā petēti (nō aūt ei cuius pec
catū ſit occultū) à ſacerdote Euchariſtiā eſſe denegan-
7 dā: 7. eū qui Euchariſtiā accepit nocturna pollutione
antegreſſa, peccare, grauiter quidem ſi eiuſmodi pol-
lutio ex culpa lethali acciderit, leuiter verò, ſi aliūde
8 ſit profecta, & neque perpetua ſit, neque diuturna. 8.
Ante omnē cibū & potum, (niſi mortis, propter mor-
bi grauitatē, periculū timeretur) ſumendā eſſe Eucha-
9 riſtiam: 9. Ex illis qui mente capti ſunt, iis duntaxat Eu
chariſtiam dandā eſſe qui de vita periclitantur, & antè
voluntatis huius Sacramenti accipiēdi aliquod ſignū
10 dederint: 10. Poſt debitam & ſufficientem animi præ-
parationē rectè ſumi iſtud Sacramentum, ſiue quoti-
die id fiat, ſiue poſt longius interiectū temporis inter-
12 uallum, 12. Laudandā eſſe illarum Eccleſiarum conſue-
tudinem, quę hoc Sacramentum ſacerdotibus quidem
ſub vtraque ſpecie accipere iubent: reliquo autem po
pulo ſub panis tantummodo ſpecie, propter effuſio-
nis periculum, impertiuntur.

AXIOMA XXII.

Sūma q. 81. quadrifariam diuiſæ. Euchariſtia quomodo vſus ſit Chriſtus.
Chriſtus corpus ſuum 3. læſionibus & morti adhuc
1 obnoxium, & 1. ipſe ſumpſit, & diſcipulis ſuis 2. vnà
2 cū Iuda ſumendum obtulit. 4. Quoniā verò quod Chri
4 iſto ſine reſpectu ad externa conuenit, idē quoque ipſi
ſub iſtius Sacramenti velamine exiſtenti conuenire re-
ctè creditur, conſequens eſt ſi quis Euchariſtiā tēpore
mortis Chriſti in aliquo loco ſeruaſſet, non minus in
eo quàm in cruce Chriſtum fuiſſe moriturum.

AXIOMA XXIII.

Sūma q. 82. in 10. q. diuiſæ.
1 1. Sacramenti Euchariſtiæ conſecratio ita ſacerdotis
2 eſt propria, vt per alium cōfici nō poſsit. 2. Plures quo-
que ſacerdotes quorū intētio ad vnū tēporis pūctū re-
10 feratur, vnā eandémque hoſtiā cōſecrare poſſent, 10.
4 Omníſque ſacerdos aliquando rē diuinā facere, & 4.
poſt cōſecrationē Euchariſtiā ipſe ſumere debet. Nec
5 modo prob⁹ ſacerdos, ſed etiā 5. iprob⁹, 7. ſchiſmatic⁹,
7 anathemate dānatus, hæreticus, imò ēt 8. degradatus
8 corporis & ſanguinis Dominici conſecrandi poteſta-
Euchariſtiæ miniſter.
9 tē habet: 9. qua tamen quatuor poſteriores nec ipſi vti,
nec alij ipſis vtētibus adeſſe ſine peccato poſſunt. Im-
probi verò ſacerdotes ipſi quidē rem diuinā faciendo
peccant, cæterùm alij ipſā audiēdo, vel Sacramenta ab
ipſis percipiendo in nullā incurrunt culpā, modò eiuſ-
6 modi ſacerdotib⁹ ſuæ poteſtatis per auctoritatē Eccle
ſiæ non ſit adempta executio. 6. Proborū tamen ſacer-
dotum Miſſæ, non quidē ratione cōſecrationis, ſed pre
cum meritis, aliorum ſacerdotum Miſsis ſunt præfe-
3 rendæ. 3. Diſtributio autem iſtius Sacramēti ſic ad mu-
nus ſacerdotis pertinet, vt etiam diacono propter pro
pinquitatem quam habet cum dignitate ſacerdotali,
ſanguinis diſtributio concedatur.

AXIOMA XXIIII.

Sūma q. 83. in ſex quæſt. diſtributa. Euchariſtiæ ritus.
2 2. Sacramenti Euchariſtiæ celebrationi (quæ tū pro-
pter ſuā repręſentationē, tū etiā propter effectus iſtius
1 Sacramēti, rectè 1. immolatio Chriſti dicitur) cōueniē-
ter tēpus ab hora tertia vſq; ad nonā, quo Chriſt⁹ gra-
3 uiſsima tormēta fuit paſſus, attributū eſt. 3. Nec minus
laudāda eſt ea cōſtitutio, qua propter tāti ſacramēti re-
uerētiā cautū eſt, vt in loco conſecrato, cū nulla vrget
neceſsitas, aut vrgēte neceſsitate, ſaltē ſuper altare cō-
ſecratū cū Epiſcopi cōſenſu, adhibitis ſēper vaſis cōſe
cratis, Hierourgię ſolēnitas peragatur. Quapropter &
hæc & reliqua omnia quæ in Miſſarū celebratione &

4. dicũtur & 5. fiunt, magno, & ſapienti cõſilio ſunt in 4
ſtituta: in 6. qua licet varia & multiplicia incõmoda ac 5
cidere ſoleant, omnibus tamen ſanctorum & cordato- 6
rum Eccleſiæ antiſtitum prudentia occurri poteſt.

DE SACRAMENTO POENITENTIAE.

Sacramenti pœnitentiæ explicatio, ad ſex capita refertur: videlicet, ad

- Pœnitentiã ipſam
  - quatenus eſt, Sacramentum. 84.
  - quatenus eſt virtus. 85.
- effectum pœnitentiæ.
  - in remittendis peccatis lethalibus. 66.
  - in remittendis peccatis venialibus. 87.
  - de reditu peccatorum ſemel remiſſorum. 88.
  - quantum ad recuperationem virtutum. 89.
- partes pœnitentiæ:
  - In genere. 90.
  - Quæ ſequuntur ex Supplemento tertiæ partis ſunt deſumpta.
  - In ſpecie de
    - contritione.
      - quid ſit. 1.
      - de quo eſſe debeat.
      - quanta eſſe debeat. 3.
      - quanto tempore durare debeat. 4.
      - de effectu eius. 5.
    - confeſſione, de eius
      - neceſsitate. 6.
      - natura & definitione. 7.
      - miniſtro. 8.
      - qualitate. 9.
      - effectu. 10.
      - ſigillo. 11.
    - ſatisfactione
      - quid ſit. 12.
      - an fieri poſſit. 13.
      - qualis eſſe debeat. 14.
      - quibus rebus Deo ſatisfiat. 15.
- Suſcipiens Pœnitentiæ Sacramentum. 16.
- miniſtrorum poteſtatem ad claues pertinentem: vbi agitur.
  - de clauibus videlicet de
    - propria vi & natura clauium. 17.
    - effectu earum. 18.
    - miniſtris clauium. 19.
    - his in quibus rectè claues exercentur. 20.
  - excõmunicatione, videlicet de
    - eius propria vi & natura 21.
    - excommunicante & excommunicato. 22.
    - communicatione cum excommunicato. 23.
    - abſolutione ab excommunicationis vinculo 24.
  - indulgẽtiis,
    - de propria earum vi & natura. 25.
    - in quibus ſit poteſtas eas elargiendi. 26.
    - quibus indulgentiæ proſint. 2.
- Publicam & ſolennem pœnitentiam. 28.

AXIOMA XXV.

Sũma q. 84. in 10. partes diuiſa. *Pœnitentia vt eſt Sacramentum.*

1.Pœnitentia, qua ſecundum catholicæ Eccleſię ritũ 1
ſacerdos tanquã Dei miniſter cõfitentes ſua peccata,
abſoluit, verum eſt Sacramentum, 7. rectè & conue- 7
nienter in noua lege inſtitutũ. 2. Cuius materia eſt, pro 2
pinqua quidẽ, pœnitentis actus, remota autẽ ipſa pec- 3
cata: 3. forma verò iſta, Ego te abſoluo in nomine Pa-
tris, & Filij, & Spiritus ſancti. 4. In qua pronuncianda, 4
tametſi rectè, non tamen neceſſariò manus impoſitio
adhibetur. Atqui hoc Sacramentũ nõ ſimpliciter ho-
mini, ſed 5. ei qui peccauit, eſt ad ſalutẽ neceſſariũ, ſal- 5
tem ex ea parte qua interdũ de cõmiſſo peccato animi
dolorẽ (8. quẽ peccator quãdiu viuit ſaltem 9. habitu 8
continuare debet) cõprehendit. Itaque 6. rectè ſecũda 9
poſt naufragiũ tabula iſtud Sacramentũ à ſacris Docto 6
ribus vocatur. 10. Ad quam quidẽ tabulã nõ tãtùm ſe- 10
mel, ſed quotieſcunque nouorum peccatorũ fluctibus
iactatur animus, Chriſtiano confugere licet.

AXIOMA XXVI.

Sũma q. 85 in ſex partes diuiſa. *Pœnitentia vt eſt virtus.*

Pœnitẽtia ex ea parte, qua laudabilẽ moderationem
doloris ob peccatũ cõmiſſũ, quatenus in eo Dei offen-
ſa eſt, ſuſcepti, cũ propoſito vitæ emendandæ continet,
1. virtus eſt 2. ſpecialis, 3. iuſtitiæ vt ſuo generi ſubiecta, 1
6. fide & ſpe ſecundum naturę & tẽporis ordinẽ poſte- 2
rior. Charitatẽ verò naturę non tẽporis ordine ſequẽs 3
5, cuius principium eſt timor tam ſeruilis quàm inge- 6
nuus, 4. ſubiectum verò pœnitentis voluntas. 5
4

AXIOMA XXVII.

Sũma q. 76. in 6. partes vt ſuperior, diuiſa. *Pœnitentiæ effectus ĩ peccatis lethalib. delendis.*

6 6. Pœnitentia & qua ratione eſt virtus, & magis qua
1 ratione Sacramentũ dicitur, peccatũ remittit. 1. Atque
ſicut nullũ eſt tantũ hominis ſcelus, quod in præſenti
2 ſeculo per Pœnitentiam deleri non poſſit, ita 2. nullũ
lethale peccatũ ab homine poſt vſũ rationis perpetra-
tũ, ſine Pœnitentia, ſaltẽ ea quæ virtus eſt, remittitur:
3 fieri 3. quoque nõ poteſt vt vnũ peccatũ ſine aliis (ſi
qua ſint alia in eodem homine) per Pœnitentiã delea-
4 tur. 4. Remiſſa tamẽ per Pœnitentiæ Sacramẽtũ culpa
lethali, vnà cũ ęterna pœna illi debita, remanet adhũc
5 tẽporalis pœnæ ſoluendæ obligatio, 5. & nõnullæ pra-
uæ ex ſuperiori peccato contractæ diſpoſitiones.

AXIOMA XXVIII.

Sũma q. 87. quadrifariam diuiſa. *Pœnitentiæ effectus in peccatis venialib. delendis.*

1 Ad 1. peccati venialis remiſsionẽ Pœnitentia aliqua
2 ex parte, 2. non autẽ nouæ gratiæ infuſio eſt neceſſaria.
3 3. Itaq; per ſolã aquæ luſtralis aſperſionẽ ex gratia pro
ficiſcentẽ, peccata venialia, accedẽte eorũ vel expreſ-
4 ſa, vel ſaltẽ tacita deteſtatione, remittũtur. 4. Si tamẽ in
aliquo homine cũ grauibus culpis venialia delicta con
iuncta eſſent, horum ſine illis remiſsio non fieret.

AXIOMA XXIX.

Sũma q. 88. quadrifariam diuiſa. *Peccatorũ ſemel remiſſorũ reditus.*

1 1. Peccatum lethale ſemel Pœnitẽtia deletũ, per ſe-
quẽtẽ capitalẽ culpã redit quidem, verùm nõ omni ex
parte, ſed ex ea duntaxat qua priuationẽ diuinæ gra-
tię, & ſupplicij æterni ſubeũdi obligationẽ cõtinebat.
2 2. Quod tametſi de omni capitali noxa ſequẽte verè di-
catur, ſpeciali tamẽ quodã modo locum habet in odio
fraterno, apoſtaſia, confeſsionis cõtẽptu, & dolore de
3 pœnitentia prius ſuſcepta. 3. Non eſt tamen iſtud ita ac
cipiendum quaſi obſequens crimen ſemper pari & æ-
quali culpa atque pœna teneatur peccator quibus an-
tè tenebatur, ſed vt pœna & culpa cõſequentis crimi-
nis, generi ipſius, & ingratitudinis illi cõiunctæ magni
4 tudini, reſpondeat. 4. Neque putandũ eſt ingratitudi-
nem ſequẽti crimini cõnexã ſemper ſpeciale eſſe pec-
catum, ſed tunc demum quando ad Dei & beneficij ab
eo accepti contemptum ſequens delictum refertur,
aliàs ingratitudo iſta non ſpecialis alicuius perpetra-
tio, ſed alterius eſt aggrauatio peccati.

AXIOMA XXX.

Sũma q. 89. in ſex partes diuiſa. *Pœnitentiæ vis ad recuperandas virtutes prius amiſſas.*

1 1. Prius amiſſæ & 4. quodammodo extinctę per pec-
4 catũ virtutes, per Pœnitẽtiæ Sacramentũ poſteà reſti-
2 tuuntur, interdũ æquales, 2. interdũ minores, interdũ
5 etiã maiores pro diſpoſitione pœnitẽtis: 5. opera verò
ipſarũ ita reuiuiſcũt, vt in eadẽ æſtimatione, qua antè,
3 apud Deũ habeantur. 3. Itaque licet innocẽtiæ ſtatus ſe
mel perditus non reparętur, & quædã eccleſiaſticæ di-
gnitates ob certa facinora ſine ſpe recuperationis amit
tantur, poteſt nihilominus homo per Pœnitentiæ Sa-
6 cramentũ priſtinã apud Deũ recuperare dignitatem. 6.
Non tamẽ eouſque extendẽda eſt huius Sacramẽti vis
& operatio, vt etiã mortuas actiones (quæ ex ſuo qui-
dem genere laudabiles ſunt, ſed ex charitatis fonte &
gratiæ ſtatu nõ promanarunt) viuas, & ad vitam æter-
nam promerendam efficaces reddere poſsit.

AXIOMA XXXI.

Sũma q. 90. quadrifariam diuiſa. *Pœnitentiæ partes in genere.*

2 Pœnitentia qua ratione eſt Sacramentũ ex 2. his 3. tri-
3 bus cõſtat 1. partib⁹, Animi dolore ſeu Cõtritione, Cõ
1 feſsione atq; Satisfactione 4. Qua rõne autẽ eſt virtus,
4 has duas ſpecies ſibi ſubiectas habet, Pœnitentiã ante
Baptiſmũ, & Pœnitentiã poſt Baptiſmũ, quæ vlteri⁹ in
lethaliũ & leuiũ culparum Pœnitentiam diſtribuitur.

Quæ ſequuntur, ex tertiæ partis Summa, quã San. Thomas morte occupatus, imperfectam reliquit, Supplemẽto ſunt deſumpta.

AXIOMA XXXII.

Sũma q. 1. Supplementi trifariam diuiſa. *Contritionis natura & propria rõ.*

1 1 Contritio eſt dolor animi ob peccatũ antè cõmiſſũ
2 ſuſceptus, cũ propoſito cõfitẽdi atque ſatisfaciẽdi: qui
3 cùm ex 2. virtute & volũtate peccatũ deteſtante naſca-
tur, 3. palàm eſt falſã & abſurdã eſſe illorũ opinionẽ,
qui putauerũt attritionẽ poſteà cõtritionẽ fieri poſſe.

AXIOMA XXXIII.

Sũma q. 2 in ſex partes diuiſa. *Contritionis obiectum.*

1 1. Contritio nec pœnæ malũ, nec 2. originis peccatum
2 nec 5. alienũ, nec 4. futurum, ſed propriũ dũtaxat, idq;
5 præteritum reſpicit delictum, ita vt de culpis antè per
4 petratis, tã 3. venialib⁹ quã 6. lethalib⁹, quæ cõueniẽti
3 adhibita diligẽtia occurrũt, & de aliis quo tẽpore in
6 memoriã redeũt, peccator cõtritionẽ ſuſcipe debeat.

AXIO

AXIOMA XXXIIII.

Sũma q. 3. trifariã diſtributa. *Contritio quãta eſſe debeat.*

1. Contritio in ſuperiori quidem appetitu dolorem 1
maiorẽ omnibus aliis doloribus, in inferiore autẽ ſæ-
penumero remiſsiorẽ affert, 3. qui ꝓ diuerſitate pecca 3
torũ nunc maior, nunc minor eſſe debet. 2. Et licet in
appetitu ſuperiore ſeu volũtate nunquã ſit nimius, in 2
appetitu tamẽ inferiori poſſet modũ excedere: ꝓinde
ita in hac parte eſt moderãd⁹, vt & vitę & valetudinis
ad officij functionẽ neceſſariæ ſimul ratio habeatur.

AXIOMA XXXV.

Sũma q. 4. trifariam, vt ſuperior, diſtributa. *Contritionis tẽpus.*

Tametſi contritionẽ per 1. vniuerſũ vitæ præſentis
tempus durare oporteat; 2. eámq; (quatenus per alia- 1
rũ virtutũ actiones permittit) cõtinuã eſſe expediat, 2
3. nullus tamẽ in animis à corpore ſeparatis, ad quẽcũ-
que locũ ſtatúm ve peruenerint, ei relictus eſt locus. 3

AXIOMA XXXVI.

Sũma q. 5. trifariã quoque diſtributa. *Contritionis effectus.*

1. Contritio tã ea quæ Sacramenti pars eſt, quã illa 1
quę à virtute proficiſcit, remiſsionis peccati eſt cauſa:
3. Imò tantã vim habet, vt quãuis parua, magnũ ſcelus 3
delere; & 2. vehemens, peccati culpã ſimul cum pœ- 2
na tollere poſsit.

AXIOMA XXXVII.

Sũma q. 6. in ſex partes diuiſa. *Confeſſio eiuſque neceſsitas*

1. Peccator qui capitali noxa obſtrictus eſt, Con- 1
feſsio vel quæ reipſa extrinſecus peragitur, vel ſal-
tam quę voto (cùm alterius facultas erepta eſt) intrin-
ſecus ſuſcipitur, eſt ad ſalutem neceſſaria. 6. Nec ipſe 6
ſummus Pontifex quenquã ex hac obligatione; 2. quæ
diuini iuris eſt, eximere poteſt. 5. Licet tamen iis qui 2
graue aliquod peccatũ commiſerunt, in id tẽpus quod 5
ab Eccleſia cõſtitutum eſt, eius externam Confeſsio-
nem differre, niſi ante aut mortis periculum ingruat,
aut aliquid, ad qđ Cõfeſsio ſit neceſſaria, faciẽdũ inci-
dat. 3. Alij autẽ qui leuib⁹ tãtũmodo culpis ſunt obno- 3
xij, ad tẽpus ab Eccleſia ſtatutũ quidẽ, nõ tamen ex vi
ſacramẽti, ſed ex Eccleſiæ præceptione vel confiteri,
vel ſaltẽ ſuę cõſcientiæ ſtatũ proprio ſacerdoti indica-
re debent. 4. Cæterũ vtriſque, ne alicuius in cõfitẽdo 4
falſi criminis ſeſe inſimulent, diligenter eſt cauendũ.

AXIOMA XXXVIII.

Sũma q. 7. in tres partes diſtributa. *Confeſſionis definitio.*

2. Confeſsio virtutis actus eſt, 3. cuius nimirum 2
virtutis, pœnitentia ſuperiùs eſt vocata, ob 1. idque 3
non incõmodè ab Auguſtino ad hunc modũ definitur, 1
Cõfeſsio eſt per quã ſpe veniæ latens morb⁹ aperitur.

AXIOMA XXXIX

Sũma q. 8 in 7. partes diuiſa. *Confeſſionis miniſter.*

1. Tametſi legitima & ſacralis Confeſsio ſacer do- 1
ti neque cuiuis, ſed 4. proprio (paucis quibuſdam caſi 4
bus exceptis) neceſſariò ſit facienda, 2. confitens tamẽ 2
laico vrgente neceſsitate, omniũ culparum; 3. non vr- 3
gente verò neceſsitate, leuiorũ peccatorũ veniã à Deo
cõſequitur. Caſus autẽ qui excipiuntur, ſunt ſuperio-
ris 5. priuilegiũ aut iuſſum, & mortis inſtantis 6. pericu- 5
lum: quo premente, non modò de peccatis, ſed etiã de 6
cuiuſlicet excõicationis vinculo, à quouis ſacerdote
pœnitens abſolui poteſt 7. Cæterum de pœna ſatisfa- 7
ctionis loco præſcribenda, iſtud ſciendũ, quoniã in ea
non modò debiti, ſed etiã remedij habetur ratio, non
ſemper maiori culpæ maiorẽ pœnam eſſe irrogandam.

AXIOMA XL.

Sũma q. 9. in 4. partes diſtributæ.

4. Conditiones quæ paſſim à Doctoribus ſacris Confeſſioni tribuuntur, ſunt in duplici differentia.

- Quædã ſunt neceſſarię vt vera ſit & legitima Confeſſio, ex his.
  - Quædam conueniũt Confeſſioni, vt eſt actus virtutis.
    - in genere, videlicet vt Confeſſio ſit
      - diſcreta.
      - lubens.
      - pura.
      - fortis.
    - in ſpecie, vt videlicet Confeſſio ſit
      - verecunda.
      - lachrymoſa.
      - humilis.
      - fidelis.
      - nuda.
      - ſimplex.
  - Aliæ conueniunt Confeſſioni vt eſt pars Sacramenti, nimirum vt Confſſio ſit.
    - integra.
    - accuſans.
    - parẽre parata.
    - ſecreta.
- Aliæ laudabiles tantummodo ſunt & ad vberiorem ex Confeſſione fructum percipiendum vtiles, videlicet vt confeſſio ſit.
  - frequens.
  - accelerata.

Confeſſionis quantitas.

Licet inter has conditiones ponatur Confeſsionem
debere eſſe lachrymoſam & cum dolore de vita ma-
lè acta coniunctam, 1. Cõfeſsio tamẽ ficta (id eſt) quæ 1
necdum depoſita peccandi voluntate ſit, non ſemper
eſt iteranda, ſed fictionis peccatum ſemper poſtea eſt

1 confitendũ. 2. Quod autem dicitur Confeſſionẽ inte-
grã eſſe debere, ſic eſt accipiẽdũ, vt pœnitẽs vni ſacer-
3 doti oĩa peccata, quorũ ſibi cõſci⁹ eſt, verbis 3. expreſsis
nõ ſcriptura, neq; ꝑ interpretẽ, niſi mut⁹ eſſet, cõfiteať.

AXIOMA XLI

Sũma q. 10. in 5. partes diuiſæ. *Confeſsionis effectus.*

1 1. Non modò à culpa & aliqua ex parte à 2. pœna ſpe
2 cialis & Sacramentalis Confeſsio pœnitentẽ liberat,
3 3. verùm etiam aditum illi ad cæleſte regnũ patefacit,
4 4. æternæque ſalutis ſpem affert. 5. Generalis verò Cõ-
5 feſsio ſacramentalis tantam vim habet, vt etiam letha-
lia crimina obliuioni inculpatæ tradita delere poſsit.

AXIOMA XLII.

Sũma q. 11. in 5. partes diuiſa. *Confeſsionis ſigillũ*

1 1. Sacerdos ea quæ ſibi ſub Confeſsionis ſigillo di-
cta ſunt alijs detegens, grauiſsimè peccat, & Sacramẽ-
3 ti eſt violator. 3. Atqui licet hoc ſigillum ſacerdotis ſit
proprium, tamen ſicut Confeſsio ipſa, ita & eius ſigil-
2 lum quibuſdam caſibus cum laico communicatur, 2.
reſpicitque propriè & directè quidem peccata tantũ
modò, eáque in ſacramẽtali Confeſsione audita. Sunt
tamẽ omnia quæ per Confeſsionẽ cognoſcuntur, dili-
4 genter à ſacerdote & à laico celanda. 4. Nihilominus
& ſacerdoti & laico licet, quod in Cõfeſsione audiuit
alijs dicere, ſi ei à confitẽte id faciendi conceſſa ſit po-
5 teſtas: & ſine hac poteſtate, 5. quando alia via, quod in
Confeſsione illi dictum eſt, compertum habet.

AXIOMA XLIII.

Sũma q. 12. trifariam diuiſa. *Satisfactionis definitio.*

3 3. Satisfactio propriè eſt illatæ iniuriæ, quemadmo-
dum iuſtitiæ æquabilitas poſtulat, facta compenſatio,
Rectè quoque dicit Auguſtin⁹, Satisfactionẽ eſſe pec-
catorũ cauſas excidere, & eorũ ſuggeſtionibus aditũ
1 nõ indulgere. Ex quarũ definitionũ vtraque perſpicuũ
2 eſt, 1. virtutis, 2. iuſtitiæ, nimirũ, actũ eſſe ſatisfactionẽ.

AXIOMA XLIIII.

Sũma q. 13. bifariam diuiſa. *Satisfacere Deo homo poteſt.*

1 1. Tametſi nihil tantũ ab homine reddi poſsit, quan-
ta eſt diuinæ maieſtatis violatio; nihilominus tamen
2 quando quod in ſe eſt, præſtant mortales, & pro ſuis 2.
& (quantum attinet ad debiti ſolutionem) pro alie-
nis peccatis Deo ſatisfacere poſſunt.

AXIOMA XLV.

Sũma q. 14. in 5. partes diſtributæ. *Satisfactionis qualitas.*

1 1. Nemo poteſt vno lethali peccato retẽto aliud per
2 ſatisfactionẽ expiare, 2. opera enim, quæ alioqui ſatis-
faciendi vim haberent, ſi animo aliquo ſcelere occu-
3 pato fiant, neq; tũc neq; 3. poſteà recuperata charitate,
4 quicquã ad ſatisfaciẽdũ valent. 4. Non eſt tamẽ putan
dum eiuſmodi opera penitus eſſe inutilia: conducunt
enim tum ad præſentis vitæ bona conſequẽda & mala
effugienda, tum etiam ad honeſtarum actionũ conſue-
tudinem efficiendam. Animum quoque ad gratiam
5 ſuſcipiendam diſponunt; & 5. quoniã multa impediunt
peccata, pœnas etiam tartari aliquo modo mitigare &
minuere rectè dicuntur.

AXIOMA XLVI.

Sũma q. 15 trifariam diuiſa. *Satisfactoria opera.*

1 1. Satisfactionis opus, laudabile, ad Dei honorẽ ſpe-
ctans, & de genere eorũ quę pœnã inferunt, eſſe opor-
3 tet: 3. cuiuſmodi ſunt Eleemoſyna, Ieiunium & Ora-
2 tio, 2. afflictiones etiam, & quæcunque res aduerſæ
diuinitus immiſſæ, ſi forti & patienti animo perferã-
tur, ſatisfaciendi vim habent.

AXIOMA XLVII.

Sũma q. 16. trifariam vt ſuperior diuiſa. *Pœnitentiæ capaces qui ſint.*

1 1. Innocẽtes ea gratia quã omnes virtutes comitan-
tur prędīti, dum adhuc in iſta vita mortali verſãtur, pœ
2 nitentiæ habitũ tantũmodo: 2. beati verò homines in
celeſti patria degentes, etiam eius actum habere poſ-
3 ſunt. 3. At angeli ſiue boni ſint, ſiue mali, nec habitus,
nec actus iſtius virtutis ſunt capaces.

AXIOMA XLVIII.

Sũma q. 17. trifariam diuiſa. *Clauiũ definitio & diuiſio.*

1 1. Clauem (quæ rectè à Doctoribus definitur poteſtas
ligandi, & ſoluẽdi, qua eccleſiaſticus iudex dignos re-
cipere, & indignos à regno excludere debet) in Eccle-
3 ſia eſſe oportet. 3. Eſtque iſta clauis duplex, altera diſ-
cernendi, altera iudicandi, quarum vtraque in Deo
per auctoritatem, in Chriſto per meritum & excellen-
tiam: in ſacerdotibus verò Eccleſiæ ſacramentorum
diſpenſatoribus, per miniſterium exiſtit.

AXIOMA XLIX.

Sũma q. 18. in 4. partes diſtributæ. *Clauiũ effectus.*

1 1. Quemadmodum aqua baptiſmalis inſtrumentum
eſt inanimatum: ita ſacerdos per poteſtatem clauium
ſibi commiſſam, inſtrumentum eſt animatum, quo
2 Deus ad hominem à peccatis liberandum vtitur: 2. nec

ad culpam remittendam modò, ſed etiam ad tempo-
ralē pœnā in quā æterna cōmutata eſt, minuendam, 3.
aliámque peccati veluti medelam quandam(in qua li-
gandi vis potiſsimum cernitur) præſcribendam, cla- 3
uium poteſtas ſacerdotibus data extenditur: 4. quæ 4
quidem ſumma prudentia, & Dei voluntate atque
ordinatione moderanda eſt, alioqui enim & ſuo effe-
ctu in pœnitente careret, & ad graue ſacerdotis ea
abutentis malum redundaret.

AXIOMA L.

Sūma q. 19. in ſex q. diuiſa. *Clauiū miniſtri.*

3. Ex duplici clauium differentia, illa quę ordinis 3
dicitur, in 4. ſolis ac 5. omnibus, etiam improbis 1. 4
nouæ legis ſacerdotibus exiſtit: 2. & in Chriſto tan- 5
tò excellentius, quàm in vllo alio ſacerdote, quanto 1
per ſe agentis facultas, vi adiutrice inſtrumenti perfe- 2
ctior eſt atque nobilior. 6. Iſtius tamen clauis vſu ſchiſ- 6.
matici, excommunicati & degradati quatenus ſub-
diti iis ſubſtracti ſūt, priuantur. Altera verò, quam
iuriſdictionis clauem vocant, etiam cum aliis Ec-
cleſiæ miniſtris, qui ſacerdotes non ſunt, commu-
nicatur.

AXIOMA LI.

Sūma q. 20. in tres partes diuiſa. *Claues in quo exercendæ.*

Tametſi clauium vis & efficacitas, omnes, quan-
tum in ſe eſt, complectatur, propter iuriſdictionis ta-
men defectum non 1. poteſt nouæ legis ſacerdos (ex- 1
tra neceſſitatis tempus) in eo qui ſibi ſubditus non 2
eſt, neque etiam promiſcuè in omnibus ſibi ſubditis,
clauium poteſtatem exercere. Sunt enim quædā crimi
na, quorū cognitionē, abſolutionéque ſuperioris digni
tatis antiſtites ſibi reſeruatunt. 3. Poſſet nihilominus 3
ſuperior antiſtes ad ſe abſoluendū inferionis ſacerdo-
tis iuriſdictionem, poteſtatémque dilatare.

AXIOMA LII.

Sūma q. 21. quadrifariam diuiſæ. *Excōicationis definitio, & vis*

1. Recte Doctores tradunt excommunicationem 1
ſeparationem eſſe ab Eccleſiæ communione, quod ad
fructum ex ea percipiendum, & generalia eius ſuf-
fragia participanda attinet. Quod quidem pœnæ ge-
nus licet ſit grauiſsimum, 2. laudabiliter tamen à ca- 2
tholica Eccleſia Dei ipſius exemplo ad frangendam im
proborum & rebellium hominum contumaciam (3. 3
etiam ſi in externis tantummodò bonis alium læſe-
rint) vſurpatur, habétque tantam vim, vt 4. excom- 4
municatio etiam iniuſtè irrogata ſæpenumero valeat
effectúmque ſortiatur: quando videlicet error com-
miſſus non tollit ſententiæ auctoritatem.

AXIOMA LIII.

Sūma q. 22. in 6. partes diſtributæ. *Excōmunicare & excommunicari quis poſſit.*

Quandoquidem ad excommunicationis ſententiam
ferendā opus eſt iuriſdictionis in exteriori foro aucto-
ritate: idcirco hoc munus exercere non poſſunt, ne-
que 3. excommunicati, neque ſuſpenſi (quibus iſtius 3
iuriſdictionis interdictus eſt vſus) 1. neque omnes ſa- 1
cerdotes, 2. neque ſoli, ſed ij duntaxat quibus ſecun- 2
dum eccleſiaſticæ leges iſta prouincia eſt mandata,
ſiue ſint ſiue non ſint ſacerdotes. Quia verò iuriſdictio
inferiorē reſpicit, hinc eſt quòd neque 4. ſeipſum, ne- 4
que æqualem, neque ſuperiorem quiſquam poſsit ex-
communicare. 5. Prohibet autem Eccleſia vniuerſam 5
populi multitudinem anathematis condemnare pœna,
ne fortè innocens cum nocente in parem inuoluatur
damnationem. 6. Sed iſtud mirum fortaſſe quibuſdam 6
videbitur, eſt tamen verum, nimirum, cumqui vel
è cœtu fidelium per anathematis ſententiam eiectus
eſt, ſecundò & tertiò poſſe excommunicari.

AXIOMA LIIII.

Sūma q. 23. trifariam diſtributæ. *Excommunicati conſortium fugiendum.*

1. Ex duplici excommunicatione, propter minorem 1
nemini cuiuſquam familiaritas aut conſuetudo inter-
dicitur: at eo qui maiori damnatus eſt, familiariter
vtens, etiam in rebus ad corpus pertinentibus (niſi
aut ſpiritalis commodi, aut obligationis, aut neceſ-
ſitatis ratione excuſetur,) 3. grauiter nonnunquam 3
peccat, nimirum ſi conſulendo, adiuuando, aut aliter
fauendo, criminis eius qui excommunicatus eſt fiat
particeps, aut in rebus diuinis, aut aliis ad Eccleſiæ
contemptum cum illo ſocietatem ineat; leuiter verò
ſi quocunque alio modo quiſpiam cum eodem fami-
2 liaritate iungatur. 2. Pœna quoque huius prohibi-
tionis violatoribus varia eſt conſtituta. Nam ſi ex-
communicationis ſententia etiam familiariter ex-
communicato vtentem complectatur, aut ſi quiſpiam
conſulendo, adiuuando, aut aliter faciendo crimi-
nis particeps efficiatur, tum proculdubio excommu-
nicato extra caſus ſuperiùs exceptos familiariter ſe
coniungens in maiorem, alii in minorem duntaxat
incurrunt excommunicationem.

AXIOMA LV.

Sūma q. 24. trifariam, vt ſuperior diuiſæ. *Excōmunicati abſolutio.*

1 1. Minoris excommunicationis pœna, & maioris
quoque, ſi ea ſit à lege inflicta (ſex tantummodò
exceptis caſibus, qui fuſè apud Thomam explican-
tur) quiuis ſacerdos ſuum ſubditum abſoluere po-
teſt. Si verò maior excommunicatio à iudice ſit
irrogata, extra mortis neceſsitatem, ſolus iudex
qui irrogauit, aut eius ſuperior antiſtes illius tol-
2 lendæ poteſtatem habet: 2. qua, etiam illo, qui a-
3 nathemate irretit⁹ tenet, inuito, vti poteſt. 3. Iſtud quo
quę certum eſt, ſi quis pluribus damnatus eſſet ex-
communicationibus, licet interdum omnes ſimul
auferantur, poſſe tamen vna ſublata altera mane-
re, præſertim ſi à diuerſis inflictæ ſint iudicibus.

AXIOMA LVI.

Sūma q. 25. trifariam quoque diuiſæ. *Indulgentiarū vis.*

2 2. Indulgentiæ, quandoquidem ex infinito Eccle-
ſiæ theſauro depromuntur, tribus iſtis rebus con-
currentibus, nimirum ex parte tribuentis auctori-
tate, ex parte accipientis charitate, ex parte cauſæ
pietate, legitimæ ſunt, tantúmque valent, quan-
1 tum valere prædicantur. 1. Quare dubitandum non
eſt, quin & pœnam ſatisfactionis loco, etiam in pur-
gatorio perſoluendam remittendi vim habeant, &
pro 3. ſubſidio temporali ad ſpiritalem vtilitatem re-
3 lato, laudabiliter tribuantur.

AXIOMA LVII.

Sūma q. 26. quadrifariam diſtributæ. *Indulgentiarū largitores.*

1 1. In ſolis Epiſcopis, 2. ſiue ſint, ſiue non ſint ſa-
2 cerdotes, ordinaria reſidet indulgentias largiendi po-
3 teſtas: in 3. ſummo quidem Epiſcoporum legitimo Pe-
4 tri ſucceſſore plena, in aliis verò limitata. 4. In quibus
omnibus, ſiue probi ſiue improbi ſint, iſta poteſtas
vnius eiuſdémque manet efficacitatis.

AXIOMA LVIII.

Sūma q. 27. in 4. partes diſtributæ. *Indulgentiæ quibus proſint.*

1 1. Quicunque aliquo lethali ſcelere adhuc obſtricti
tenentur, ij ad indulgentiarum gratiā percipiendam
minimè ſunt idonei: qui verò ab eiuſmodi ſcelere ani-
2 mum habent immunem, ſiue 2. monachi ſint, ſiue al-
terius cuiuſcunque cōditionis homines (4. compre-
4 henſis etiā iis qui indulgentias largiūtur) modò 3. cō-
3 ditiones in literis indulgētiarum deſcriptas obſeruēt,
iſtius generis gratiam conſequi poſſunt.

AXIOMA LIX.

Sūma q. 28. trifariam diuiſæ. *Pœnitentia ſolemnis.*

1 1. Propter multas grauiſsimas cauſas laicis tam viris
3 quàm 3. mulieribus ad expianda certa crimina, & præ-
ſertim ea quibus tota ciuitas concitatur, publica & ſo
2 lennis laudabiliter indicitur pœnitentia. 2. Quæ cùm
eiectionis Adami ex paradiſo ſignificationem, & per-
petui de peccato doloris profeſsionem contineat, con
tra eius naturā id foret ſi iteraretur, ſæpiúſque eidem
ſubeunda ſtatueretur.

DE EXTREMA vnctione.

In Extremæ vnctionis explicatione de iſtis quinque capitibus agitur, videlicet,
- De
  - iis quæ pertinent ad naturam, & primam inſtitutionem extremæ Vnctionis. Quæſtione 29.
  - effectu extremæ Vnctionis. 30.
  - idoneo eius miniſtro. 31.
- Cui impertiendum ſit iſtud Sacramentum, & in qua parte corporis adhibendum. 32.
- Poſſit iterari necne iſtud Sacramentum. 33.

AXIOMA LX.

Sūma q. 29. in 9. partes diſtributæ. *Extremæ vnctionis inſtitutio, materia & forma.*

2 Extrema vnctio 2. vnum eſt 1. Sacramentum, ab 3. Apo-
1 ſtolis quidem promulgatū, ſed à Chriſto primùm in-
3 ſtitutum. Cuius idonea & conueniens materia eſt 4.
4 oleum oliuæ ab 6. epiſcopo 5. conſecratum: 7 forma
6 verò 6. legitima hæc 8, deprecatio: Per iſtam ſanctam
vnctionem, & piiſsimam ſuam miſericordiam, parcat
tibi

tibi Dominus quicquid deliquiſti per viſum. Per iſtam 5
ſanctam vnctionem & ſuam piiſsimam miſericordiā, 7
parcat tibi Dominus quicquid deliquiſti per auditū. 9
Per iſtam ſanctam vnctionem & ſuam piiſsimam miſe- 8
ricordiā parcat tibi Dominus quicquid deliquiſti per
odoratum. Per iſtam ſanctam vnctionem & ſuam piiſ
ſimam miſericordiam parcat tibi Dominus quicquid
deliquiſti per guſtum & locutionem. Per iſtam ſanctā
vnctionem & ſuam piiſsimam miſericordiam parcat
tibi Dominus quicquid deliquiſti per tactum. Per iſtā
ſanctam vnctionem & ſuam piiſſimam miſericordiam
parcat tibi Dominus quicquid deliquiſti per greſſum.

AXIOMA LXI.

Sūma q. 30. trifariam diuiſa. *Extremæ vnctionis effectus.*

Extremæ vnctionis Sacramentum 3. nullum impri- 3
mit characterē, ſed valet 1. primò quidem & præcipuè 1
ad curandam animi ex peccato lethali contractam im-
becillitatem, & vires firmámque valetudinem ei reſti-
tuēdā: quē effectū etiā deletio peccati (ſi mō inuētū ſit)
neceſſariò cōſequitur. 2. Secundo autē loco ad meden- 2
dum corporis morbo. Non tamen ſemper hunc præſtat
effectum, ſed tum demum cùm ita expedit ſuſcipientis
ſaluti, & ipſe nullum opponit impedimentum.

AXIOMA LXII.

Sūma q. 31. in tres partes diuiſa. *Extremæ vnctionis miniſter.*

Extremæ vnctionis adminiſtratio non ad 2. diaconi 2
munus, & multo minus ad 1. laici conditionē; ſed ad 1
3. ſolius ſacerdotis pertinet officium, ſiue is ſit, ſiue 3
non ſit Epiſcopus.

AXIOMA LXIII.

Sūma q. 32. in 7. partes diſtributæ. *Extrema vnctio quibus impertienda, & in qua parte corporis adhibēda.*

Hominib⁹ maturæ 4. ætatis, nō pueris; ſanæ 3. men- 4
tis, non furioſis: 1. morbo aliquo, 2. in quo ſit vitæ pe- 3
riculum, laborantibus, non ſanis: 5. neque in toto cor- 1
pore, ſed in his dumtaxat ſex 6. partibus, oculis, auri- 5
bus, naribus, ore, manibus atque pedibus (quibus par- 6
tibus etiam renes adiungi poſſunt) ſubminiſtrandū eſt
extremæ Vnctionis Sacramentum. 7. Si verò quempi- 7
am egrotū aliqua ex iſtis partib⁹ priuatū eſſe contin-
geret, tū proxima pars loco deficientis eſſet inungēda.

AXIOMA LXIIII.

Sūma q. 33. i duas partes diuiſa. *Extremæ vnctioni s iteratio.*

Cum extrema Vnctio non ſit ex eorum numero Sacra-
mentorum quæ perpetuum habent effectum, non mo-
dò in 1. diuerſis morbis, verùm etiam in 2. eodem ſi diu 1
turnus ſit, cuiuſmodi ſunt hectica & hydropiſis, itera- 2
ri ſine vlla ſuæ dignitatis iniuria poteſt.

DE ORDINIS Sacramento.

Ad Sacramenti Ordinis declarationē de his quinq; capit. hic diſſerit, videlicet de
- Ordine in genere, cuius capitis tres ſunt partes, de
  - propria natura & partibus Sacramenti Ordinis: Quæſtione 34.
  - effectu eius. 35.
  - ſuſcipientib⁹ ordinem. 36.
- Diſtinctione Ordinum. 37.
- Conferentibus Ordinem. 38.
- impedimento initiandorum. 39.
- his quæ ſunt Ordinibus annexa. 40.

AXIOMA LXV.

Partim ex Thoma, partim ex Eugenii quarti Decreto Armenis dato ſumptum.

Sūma q. 34. in 5. qō. diſtributæ. *ordinis definitio, & partes.*

Ordo 3. Sacramentum eſt Eccleſiæ 1. neceſſarium, in 3
2. quo per extremum ſignaculum interna & ſpiritalis 1
poteſtas ordinato cōceditur. Huius porrò Sacramenti 2
5. materia eſt illud per cuius traditionē confertur Or- 5
do: ſicut Presbyteratus traditur per calicis cum vino,
& patenę cum pane, porrectionē. Diaconatus per libri
Euangeliorum dationem. Subdiaconatus verò per ca-
licis vacui cum patena vacua ſuperpoſita traditionem,
& ſimiliter alii Ordines per rerū ad miniſteria ſua per
tinentium deſignationem. 4. forma ſacerdotii hæc eſt: 4
Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium in Eccleſia
pro viuis & mortuis in nomine Patris, & Filii, & Spi-
ritus ſancti. Aliorum Ordinum formas, breuitatis cau-
ſa, hic omiſsas, ſi quis videre velit, eas in Ponficali
Romano latè deſcriptas inueniet.

AXIOMA LXVI.

Sūma q. 35. in 5. partes diſtributa. *Ordinis effectus.*

In cuiuſlibet ordinis collatione, & 1. gratia gratum 1
faciens donatur, & 2. character imprimitur: qui 3. cha- 2
racterem baptiſmi quidē ex neceſſitate, 4. confirma- 3
tionis ex congruentia, 5. inferioris autem ordinis ex 4
eccleſiaſtica conſtitutionę antę ſuſceptum requirit. 5

AXIOMA LXVII.

Sūma q. 36. in 5. partes diſtributæ. *ordinem ſuſcipientium qualitas.*

4 Tametſi & 4. promouens indignum ad aliquem ex
ordinibus ſacris, & cum conſciētia peccati lethalis or-
1 dinem ſacrum 1. ſuſcipiens, vel 5. eo vtens grauiſsimè
5 peccet, non eſt tamen 1. vitæ bonitas ad ordinis ſuſce-
1 ptionem ex parte ſacramēti, ſed ex parte diuini præce-
2 pti duntaxat, neceſſaria. 2. Similiter quoque ſcripturæ
cognitio in eo qui ordinem ſuſcipit, requiritur, non
quidē abſoluta, ſed quæ ad ordinis qui ſuſcipitur mu-
nere rectè fungendū ſufficiat. 3. Cæterùm licet virtus
atque ſciētia maximè ordinādos, & iam ordinatos de-
ceant: per ſe tamen nemini ordinem præſtare poſſunt.

AXIOMA LXVIII.

Sūma q. 37. in 5. partes diſtributæ. *Ordinum diſtinctio.*

2 Secundum 2. numerum miniſteriorum, quæ ad
Euchariſtiæ conſecrationem decentémque tracta-
tionem opus erant, 1. ſeptem clericorum ordines ſunt
inſtituti, è 3. quibus tres ſupremi, quòd circa mate-
riam conſecratam verſentur, ſacri: reliqui verò quòd
in materia non conſecrata occupati ſint, non ſacri re-
4 ctè nominantur. 4. Diſtinguuntur etiam iſti ordines,
quòd ſingulorum propriæ quædam ſint & definitæ
functiones. Nam oſtiarij eſt oſtiorum templi curam
gerere, ad dignos recipiendos, indignos verò repel-
lendos: Lectoris pronuntiare lectiones, & prophe-
tarum oracula populo declarare: Exorciſtæ ab ener-
gumenis & catechumenis dęmonum vexationes exor
ciſmis depellere: Acolyti luminaria in ſacrario præ-
parare, cereum geſtare, ac vrceolos cum aqua & vino
ſubdiacono miniſtrare: Subdiaconi, vrceolum, aqua-
manile, & manutergium epiſcopo, presbytero & dia-
cono ad lauandas manus ſubminiſtrare: epiſtolam le-
gere, oblationes à populo recipere, & eas vel ſuper
altare collocare, vel diacono tradere, item calicem &
patenam ad altare delata diacono dare, in calicémque
vinum & aquam infundere. Diaconi ſacerdoti aſsiſte-
re & ei miniſtrare, in his potiſsimùm Sacramētis, Ba-
ptiſmo, Chriſmate, & Euchariſtia componere men-
ſam Domini, crucem ferre, Euangelium & Epiſtolam
populo explanare, & ſanguinem Domini eidem diſ-
penſare: Sacerdotis abſoluere, ligare, Dei dona benedi
re, & præcipuè corporis & ſanguinis Domini Sacra-
5 mentum conficere. 5. Qui quidem ſacerdos tum demū
ſuum characterem recipit, quum illi ſub certa verbo-
rum forma calix traditur.

AXIOMA LXIX.

Sūma q. 38. trifariā diſtributa. *Ordinem cōferens.*

1 1. Ordinis Sacramentum ſolus Epiſcopus conferre
2 poteſt: 2. quam eius poteſtatem nec ſuſpenſio, nec
hæreſis (modò legitima verborum forma, & Eccleſiæ
intentio ſalua maneat) tollendi vim habet. Qui tamen
à ſuſpenſo, vel hæretico ordinatur Epiſcopo, propter
peccati obſtaculum, quod in ipſo eſt, gratiam non con-
ſequitur, nec accepto ordine, propter iuriſdictionis,
in eo qui ordinauit, defectum, vti poteſt.

AXIOMA LXX.

Sūma q. 39. in ſex partes diſtributæ. *Ordinis impedimenta.*

2 2. Pueri vſu rationis adhuc carentes, item 3. ſerui qui
3 in aliena ſunt poteſtate, 4. atque homicidæ qui huma-
4 no ſanguine manus ſuas polluerunt, cum 5. nothis, &
5 6. iis qui inſigni aliqua mutilatione ſūt deformati, prę-
6 cepti quidem ordinatione, non autem Sacramenti ne-
ceſsitate à ſacris ordinibus arcentur: at 1. mulier, ne-
1 ceſſaria Sacramenti ratione ab iiſdem repellitur ordi-
nibus. Quapropter ordinis Sacramentum temerè, &
contra conſtitutionem eccleſiaſticam collatum, illi
verè ſuſcipiunt: hæc verò nequaquā ſuſcipere poteſt.

AXIOMA LXXI.

Sūma q. 40. in 7. q. diſtributæ. *Ordinib. annexa.*

2 Tonſura non eſt 2. ordo, neque 3. quenquam priuat
3 terrenas poſſeſsiones habendi poteſtate, 1. eam tamen
1 cuiuſlibet ordinis clericos deferre oportet, quòd re-
gni cuiuſdam ſpiritalis, & excellentioris perfectionis,
mentíſque à caducis rebus ad diuinas ſempiternáſque
5 abductionis ſignificationem contineat. 5. Similiter e-
4 piſcopatus dignitas non eſt inter ſacros ordines nu-
meranda. 4. Ipſa tamen propter populi ad Euchariſtiā
6 ritè ſuſcipiendam præparationem, & ſummi ponti-
ficis auctoritas (6. quæ eſt epiſcopatu ſuperior) pro-
7 pter Chriſtianorum vnionem, eorúmque in vnum cor
pus colligationem, Eccleſiæ eſt neceſſaria. 7. Porrò ſi

quis fortè miretur veſtium quibus vtuntur Eccleſiæ miniſtri varietatem, is ſciat nonnulla eſſe officia omnibus Eccleſiæ miniſtris communia, alia verò certis ordinibus peculiariter conuenientia, & ad id deſignandum quædam veſtium genera communiter omnibus, alia vreò certis ordinibus fuiſſe tribuenda.

DE MATRIMONIO.

Tractationis de Matrimonio tria sũt capita, hæc videlicet,

- Matrimonium quatenus eſt naturale officium. q. 41.
- Matrimonium quatenus eſt Sacramentum. 42.
- Matrimonium quatenus abſolutè & ſecundum ſe conſideratur, ad cuius explicationem diſputatur de
  - Sponſalibus. 41.
  - Matrimonij propria ratione. 44.
  - Matrimonij cauſa efficiẽte, ſeu conſenſu
    - conſenſu in genere. 45.
    - conſenſu iureiurando, vel corporum commixtione firmato. 46.
    - conſenſu coacto & conditione reſtricto. 47.
    - conſenſu obiecto. 48.
  - Bonis quæ oriuntur ex matrimonio. 49.
  - Matrimonij impedimentis, vbi agitur de
    - impedimentis in genere. 50.
    - erroris impedimento. 51.
    - conditionis, ſeu ſeruitutis impedimento. 52.
    - voti & ordinis impedimento. 53.
    - propinquitatis impedimento. 54.
    - affinitatis impedimento. 55.
    - cognationis ſpiritalis impedimento. 56.
    - cognationis legalis, quæ per adoptionem fit, impedimento. 57.
    - frigiditatis, maleficij, furiæ & amentiæ impedimento. 58.
    - diſparitate cultus, quæ matrimonium impediat. 59.
    - vxoris interfectione. 60.
    - voti ſolennis impedimento. 61.
    - fornicatione alterius coniugum. 62.
  - Secundis nuptiis. 53.
  - Quibuſdam quæ ſunt matrimonio annexa.
    - debiti redditione. 64.
    - pluribus vxoribus. 65.
    - defectu, qui irregularitas vulgò appellatur, per bigamiam contracto 66.
    - libello repudii. 67.
    - filiis illegitimè natis. 63.

AXIOMA LXXII.

Sũma q. 41. in 4. partes diſtributa. Matrimoniũ vt eſt naturale officium.

Quanquam matrimonium iuris ſit 1. naturalis, eiúſ- 1
que actus non modò 3. licitus, ſed etiã frequẽter lauda- 3
bilis ſit 4. præmióque dignus, quãdo videlicet aut de- 4
biti reddẽdi, aut prolis ad Dei cultum generãdæ cauſa
ſuſcipitur: 2. nemo tamẽ his tẽporibus ad matrimoniũ 2
contrahendum vllius præcepti neceſsitate obligatur.

AXIOMA LXXIII.

Sũma q. 42. in 4. partes diuiſæ. Matrimonium vt eſt Sacramentum.

2. Matrimonium diuerſarum rerum, quæ in eo con- 2
currunt, reſpectu, diuerſis temporibus fuit inſtitutũ.
Nam ſi reſpicias filiorum procreationem, innocentiæ
ſtatu: ſi remedium aduerſus peccati vulnus, medio inter Adæ lapſum & Moyſi legem tempore: ſi certarum perſonarum matrimonio idonearum definitionem, in vetere lege: ſi myſterium coniunctionis Chriſti cum Eccleſia, in noua: ſi amicitiam & mutuum coniugum inter ſe obſequium, in ciuili lege ſuam accepit originem. Atqui ſecundum omnes iſtas inſtitutiones, pri-
ma & poſtrema exceptis, matrimonium rectè 1. Sacra- 1
mentum vocatur. Secundum illam verò inſtitutionẽ
quam Euangelij tempore accepit, nouæ legis eſt Sacra
mentum, 3. gratiam ad ea quæ matrimonij ſunt, rectiùs 3
peragenda conferẽs: 4. cuius, ſicut & aliorum matri- 4
monij generum, ſecunda perfectio quæ in operatione conſiſtit, non autem prima quæ in exiſtendo poſita eſt, ſexuum commiſtionem deſiderat.

AXIOMA LXXIIII.

Sũma q. 43. trifariam diuiſæ. Spõſalia.

1. Sponſalia nihil aliud ſunt, niſi futurarum ſponſio 1
nuptiarum, ad quę 2. contrahenda idonei ſunt qui ſep- 2
timum ætatis ſuæ annum vel attigerunt, vel tranſie-
runt. 3. Diſſoluuntu r autem propter varias cauſas: iu- 3
re quidem propter duas, nimirum propter fidem matrimonij in præſens alteri datam, & monaſtici inſtituti profeſsionem: at Eccleſiæ iudicio propter alias plurimas, quas longum foret enumerare.

AXIOMA LXXV.

Sũma q. 44. in tres partes diſtributa. Matrimonii definitio.

3 3. Matrimonium rectè à Magiſtro definitur eſſe viri
1 mulieríſque, maritalis, 1. coniunctio, inter legitimas
2 perſonas, indiuiduam vitæ retinens conſuetudinem: 2.
congruúmque ſuo effectui ſortitum eſt nomen: ob id enim nubit fœmina, vt aliquando mater fiat. Vocatur etiam coniugium & nuptiæ. Coniugium quidem à ſua natura: nuptiæ verò à cauſa efficiente.

AXIOMA LXXVI.

Sũma q. 45. ĩ quinque partes diuiſæ. Matrimonii conſenſus.

4 Mutuus inter virum & fœminam 4. conſenſus, 2.
2 verbis tempus 3. præſens deſignantibus, ſiue palàm, ſiue
3 5. clàm expreſſus, vera eſt matrimonij 1. cauſa efficiens.

5 *ADMONITIO.*

1 *Hîc & in ſequenti Axiomate aduertendum eſt, Clandeſtina matrimonia, rata quidem & firma fuiſſe, quamdiu ab Eccleſia non fuit eorum vis & efficacitas ſublata: poſt editam verò Tridentini concilij de ipſorum abolitione, & eneruatione ſanctionem (quam videre licet ſeſſ. 24. de reformatione matrimonij capite primo) omnem vim veri & Chriſtiani matrimonij efficiendi amiſiſſe. Decretum ſiquidem ea conſtitutione eſt, nullum matrimonium niſi quod præſente parocho vel alio ſacerdote, de ipſius parochi ſeu ordinarij licentia, & coram duobus vel tribus teſtibus celebratum ſit, verum & ratum matrimonium eſſe habendum.*

AXIOMA LXXVII.

Sũma q. 46. bipartitò diuiſa. Matrimonii conſẽſus iureiurando vel corporum cõmixtione firmatus.

1 1. Iuſiurandum conſenſui per verba temporis futuri
2 declarato accedens non efficit matrimonium: 2. at ſe-
xuum commixtio ſi talem conſenſum ſubſequatur (niſi apertum fraudis appareat argumentum) in Eccleſiaſiaſtico foro ratum & firmum matrimonium reddit, licet ſecundum conſcientiæ forum, nullum ſine vero voluntatis aſsenſu, coaleſcat matrimonium.

AXIOMA LXXVIII.

Sũma q. 47. in ſex partes diſtributa. Matrimonii conſenſus coactus, & ſub conditione expreſſus.

Conſenſus metu in 2. conſtantem virum cadente ex-
2 tortus 3. tollit matrimonium, tam ex parte 4. cogentis,
1 quàm ex parte illius qui cogitur. 6. Imò neque pater
3 ex ſua auctoritate filium ad vxorem ducendam compel-
4 lere poteſt. 5. Suſpenſus verò per conditionem appoſi-
6 tam conſenſus, interdum non efficit matrimonium.
5 Nam ſi tempus præſens, reſpiciat appoſita conditio (ſiue honeſta ſit, ſiue turpis, modò matrimonii bonis non repugnet ſi adſit) ſimiliter ſi cõditio ſit neceſſaria, quodcunque tempus reſpiciat, efficiẽdi matrimonii vim habet. Si verò in genere rerum fortuitarum eſſet conditio, & ad tempus futurum referretur, conſenſus ſub eiuſmodi conditione expreſſus ad copulandum matrimoniũ non ſufficeret, non magis quàm ſi verbis temporis futuri eſſet expreſſus.

AXIOMA LXXIX.

Sũma q. 48. bifariam diuiſa. Matrimonialis conſenſus obiectum.

2 2. Matrimonialis conſenſus (1. cuius proprium &
1 primum obiectum eſt, non ſexuum commixtio, ſed ſocialis coniugatio) propriè & per ſe ſpectat prolis generationem, & fornicationis vitationem; alios autem fines ſiue honeſtos ſiue turpes, quos in matrimonio contrahendo ſibi proponunt coniuges, impropriè & fortuitò, ita vt iſti fines ad coniugum quidem, non autem ad coniugii bonitatem, aut prauitatem redundẽt.

AXIOMA LXXX.

Sũma q. 49 in ſex partes diſtributa. Matrimonii bona.

2 Ex tribus matrimonii bonis, 2. fide videlicet, prole,
1 Sacramento, quibus excuſatur 1. matrimonium eiuſque
4 4. actus, 3. Sacramentum primas obtinet partes. 5. Sunt
3 autem iſta matrimonii bona, ſaltem proles & fides, (ſub
5 qua comprehenditur debiti perſolutio, ad honeſtatẽ
6 actus matrimonialis adeò neceſſaria, vt is qui 6. rem habet cum vxore ſolius voluptatis & libidinis explendæ cauſa, ſemper peccet; lethaliter quidem, ſi is libidinis ardor etiam extra matrimonii terminos feratur, leuiter verò, ſi intra matrimonii fines contineatur.

AXIOMA LXXXI.

Sũma q. 50. quæ vnica eſt. Matrimonii impedimenta ĩ genere. In quibus nequis iã fallatur poſt editas concilii Tridontini ſanctiones, videatur totum decretum de reformatione matrimonii. ſeſſ. 24.

Contrahendum matrimoniũ impedit eccleſiæ prohibitio, & id tẽpus quod feriatũ vocare ſolẽt, cõtractũ verò dirimunt, quę ſequẽtibus verſiculis cõtinentur,

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, ſi fortè coire nequibis.

AXIOMA LXXXII.

2 Tã in 2. perſona, quã in ipſi⁹ cõditione cõmiſſus error,
1 1. naturaliter impedit quo min⁹ coaleſcat matrimoniũ.

AXIOMA LXXXIII.

Summa q. 51. biſariã diuiſæ. Matrimonium impediẽs error. Summa q. 52. quadriſariã diuiſa. Matrimonium impediẽs ſeruitus.

2. Quanquam ſeruo ad ducendam vxorem non ſit
2 neceſſarius domini conſenſus, 1. ignorata tamen ſerui
1 tutis conditio, contractum extrinſecus matrimonium

nullum

nullũ reddit. 3. Poſset nihilominus qui liber matrimo- 3
nium contraxiſſet, circa eius diſſolutionẽ, ſeſe alteri etiam inuita vxore in ſeruitutem mãcipare. 4. Porrò ſo- 4
bolem ex diſparis conditionis parentibus natam, ciuiles leges, quibus eccleſiaſticæ aſsentiuntur, ſtatuũt in iis quæ ad perſonæ conditionem pertinent, matrem: in aliis verò quæ dignitatis ſunt, patrem ſequi debere.

AXIOMA LXXXIIII.

Sũma q. 53. quadripartita. Matrimonium impediens votũ & ordo.

Contracti iam matrimonii dirimendi vim, non qui-
dem 2. ſimplex, ſed 1. ſolenne votum habet. 4. Et licet 2
à matrimonio, etiam adhuc conſtante, ad ſacros or- 1
dines aditus concedatur: retro 3. tamen à ſacris ordi- 4
nibus (propter votum continentiæ illis annexum) ad 3
matrimonium commeare nequaquam licet.

AXIOMA LXXXV.

Sũma q. 54. quadrifariam diuiſa. Matrimonium impediens cõſanguinitas.

1. Sanguinis propinquitas, ſeu (vt vulgò appellatur) 1
conſanguinitas, nihil aliud eſt niſi vinculum quoddam eorum, qui ab eodem ſtipite ſiue principio de-
ſcendunt, corporali propagatione contractum, 2. cer- 2
tiſque gradibus atque lineis diſtinctũ: 3. quod extrinſe- 3
cus celebratum matrimonium dirimit, iure quidem naturali inter parentem & eius prolem, veteri autem lege inter eas perſonas ad quarum alteram alterius
pudicitiam cuſtodire pertinet: 4. & eccleſiaſtica cõſti- 4
tutione inter illas, inter quas eſt in linea tranſuerſa citra quintũ gradũ ſanguinis cõiunctio atque cõmunio.

AXIOMA LXXXVI.

Sũma q. 55. in 11. partes diſtributa. Matrimonium impediẽs affinitas.

Affinitas eſt propinquitatis quoddam genus ex 1. 1
matrimonio, concubitu 3. illicito, vel 4. ſponſalibus 3
(5. non autem ex alia affinitate) contractum, & ad 4
mortem 2. vſque inter perſonas quas ſemel coniunxit 5
permanens: 6. quod matrimonium non ſecus ac ſan- 2
guinis propinquitas impedit atque 9. dirimit, 7. gradi- 6
bus, corúmque diſtinctione &, 8. extenſione à ſangui- 9
nis propinquitate ſumptis. In qua quidem diremptio- 7 8
ne facienda, & 10. accuſationis & 11. teſtium productio 10
nis ritu procedere oportet. 11

AXIOMA LXXXVII.

Sũma q. 56. in 5. partes diuiſæ. Matrimonium impediẽs cognatio ſpiritalis.

Spiritalis cognationis, quæ partim ex 2. Baptiſmi,
partim ex Confirmationis Sacramento naſcitur, tres 2
ſunt ſpecies, his nominibus apud eccleſiaſticos ſcriptores vſitatis appellatæ, ſpiritalis paternitas, compa-
ternitas, & ſpiritalis fraternitas. 3. E quibus paternitas 3
inter ſuſceptorem & baptizatum ſeu confirmatũ, item inter baptizantem ſeu confirmantem, & eum qui bap-
tizatur ſiue confirmatur: 5. Compaternitas inter ſuſ- 5
ceptorem, ſiue baptizantem aut confirmantem, & baptizati vel confirmati parentes: fraternitas verò inter baptizatum ſeu confirmatum & ſuſceptoris naturales
liberos exiſtit. 4. Tranſeúntque omnes iſtæ cognatio- 4
nis ſpecies à viro ad vxorem, & è diuerſo ab vxore ad virum, conſummato iam matrimonio accedentes, &
propria operatione accerſitæ: 1. impediúntque contra- 1
hendum, ac iam cõtractum dirimunt ipſum cõnubium antegreſſæ, conſequentes verò nequaquam. Sed ſi de induſtria nulla neceſsitate cogente per cõiugum alterum cum altero contrahantur, iure tantummodo debiti exigendi, eum per quem ſunt contractæ, priuant.

ADMONITIO.

Quantum ad ſpiritualem cognationem attinet, conſilium Tridentinum paternitate & compaternitate propria actione contracta, vt antè erat relicta, fraternitatem quæ inter baptizatum vel confirmatum, & ſuſceptoris vel baptizantis aut confirmantis filios antè contrahebatur, ac ſimul tranſitum ſpiritalis cognationis à viro ad vxorem, & contra, ſuſtulit.

AXIOMA LXXXVIII.

Sũma q. 57. tripartita. Matrimonium impediẽs cognatio ciuilis.

1. Adoptio eſt perſonæ extraneæ in filium, filiam, ne- 1
potem aut neptem legitima cooptatio. Vnde 3. triplex 3
naſcitur cognatio ciuilis, prima inter adoptantem & adoptatum eiúſque poſteros: ſecunda inter adoptatũ & naturalem filium aut filiam adoptantis: tertia verò inter vxorem adoptantis & adoptatum, vel inter vxo-
rem adoptati & patrem adoptantem. E 2. quibus prima 2
& tertia ſemper, ſecunda verò quãdiu adoptatus eſt in poteſtate illius à quo eſt adoptat⁹, matrimoniũ ĩpedit.

AXIOMA LXXXIX.

Sũma q. 58. in quinque partes diſtributa.

Et 1. propter frigiditatem naturæ, non ætatis defe-
ctu euenientem, & propter eam quæ 2. maleficio con- 1
tracta eſt coeundi perpetuam impotentiam, triennii 2
experimento comprobatam, Eccleſiæ auctoritate ſeparantur coniuges, ſed in ſeparatione propter impotẽtiam ex maleficio ortam, vtrique coniugum, in altera

Matrimonium impediẽs frigida natura, maleficium, amẽtia, inceſtus, ætas immatura.

verò fœminæ tantùm, libera conceditur ad nouum
1 connubium tranſeundi poteſtas: 1. ita tamen vt ſi quãdo priori viro coeundi facultatem reſtitui contingat, poſteriori relicto, ad priorem virum ea fœmina redire debeat. Matrimonium quoque impediunt & contractũ
3 dirimunt 3. amẽtia perpetua, & ea quæ rationis vſu tẽ-
4 pore matrimonii ſuſcipiendi mentem priuauit. 4. Similiter inceſtus cum futuræ vxoris ſorore, vel ante ſpõſalia, vel medio inter ſponſalia & matrimonium tempus commiſſus: poſt verò conſecutus, non dirimit cõſtans iam matrimonium, ſed eum à quo cõmiſſus eſt, iure debiti petendi priuat, atque eidem ne aliam vxorem ducat, priore mortua ab Eccleſia interdicitur. Item æ-
5 tas 5. immatura, cuiuſmodi in maſculis citra decimũquartũ annum, in fœminis verò citra duodecimũ, (niſi iudicii vigor quod ætati deeſt, cõpẽſet) eſſe ſtatuitur.

AXIOMA XC.

Sũma q. 59. in ſex partes diſtributa. Matrimonium impediẽs cultus diſparitas.

1 1. Tametſi fidelis cum infideli neque ratũ neque le-
2 gitimum matrimonium contrahere poſsit, 2. nihilominus tamen verum eſt id matrimonium quod inter
3 ſe celebrant infideles. 3. Ita tamen vt ſi contingat alter coniugum, altero fidem amplectẽte, in errore ſuo per-
4 manere, 4. neque ad debitum reddendum, neque ad
3 cohabitationem ferendam, is qui fidem amplexus eſt teneatur (3. retenta interim vtriuſque faciendi pote-
5 ſtate.) Et quod 5. ampli⁹ eſt, ſi eius qui infidelis manet, peruerſitas vſque ad obſtinatam creatoris contumeliã procederet, fidelis priori diſſoluto, noui matrimonii ſuſcipiendi poteſtatẽ haberet, quæ nec ob aliã infideli-
6 tatẽ, 6. nec ob aliud quodcũque ſcelus concederetur.

AXIOMA XCI.

Sũma q. 60. biſariam diuiſa. Matrimonium impediens vxoris interfectio.

1 1. Vxorem in adulterii actu deprehenſam interficere etiã priuata auctoritate mariti dolori ciuiles quidem leges concedunt: at eccleſiaſticæ in hoc facinore puniendo, quemadmodũ in aliis, publicam auctoritatem expectandam, & iuſtitiæ zelo, non vindictæ ſumendæ, aut odii explendi animo procedendũ eſſe cenſent, eam quæ priuata fit auctoritate vxoris necem ſummopere improbantes, & in lethalibus criminibus numeran-
2 tes: ob idque decernunt 2. matrimonium contrahendum reſpectu cuiuſuis mulieris, eiuſmodi ſcelere impediri, & contractum cum pellice, cuius ducendæ ſpe iſtud ſcelus patratum eſſet, dirimi.

AXIOMA XCII.

Sũma q. 91. in tres partes diſtributa. Matrimonium diſſolui voto ſolemni.

2 2. Quemadmodũ corporali morte diſſoluitur corporale matrimonii vinculũ, ita ſolẽni profeſſione monaſtici inſtituti, quæ eſt quoddã ſpiritalis mortis genus, diſſoluitur ſpiritale matrimonii vinculũ, quod eſt inter cõiuges, matrimonio nondum cõſũmato. Proinde vtrique coniugũ ante corporũ coniunctionẽ ad reli-
3 gioſum vitæ inſtitutũ tranſeundi, & 3. ei qui in ſeculo relictus eſt, cui vult nubendi, libera conceditur pote-
1 ſtas. 1. Matrimonio autem iam cõſummato, neutri religioſum ſeu monaſticũ vitæ inſtitutũ ſuſcipere, neutri ad nouas tranſire nuptias, altero viuente, licet.

AXIOMA XCIII.

Sũma q. 62. in ſex partes diuiſæ. Diuortiũ ob fornicationem tẽpore Euãgelii.

1 1. Vxorem fornicatã marito, quo ad torum attinet, 3.
3 priuato iudicio: quod ad cohabititionẽ verò pertinet, eccleſiæ auctoritate dimittere (paucis exceptis caſib⁹)
2 ſemper conceditur, non autẽ 2. præcipitur, niſi fortè vxor obſtinatè vellet in ſuo flagitio permanere. Eodem
4 iure 4. vxori quoque aduerſus virũ adulterũ vti licet. 5.
5 Cæterùm diuortio iam facto, vtrique coniugũ, altero viuo, præcluſus eſt ad nouas nuptias aditus, nõ autẽ ad
6 6. ipſorũ inter ſe recõciliationẽ, modò adſit ĩ eo, qui ſua culpa repudiationẽ meruerat, prioris vitę emendatio.

AXIOMA XCIIII.

Sũma q. 63. bipartita. Secundæ nuptiæ.

1 1. Secũdas nuptias, imò etiã tertias, reliquáſque deĩceps, & licitas eſſe, quòd ſuperius matrimonii vinculũ
2 alterius coniugis morte ſit ſublatũ, & 2. Sacramẽti dignitatẽ nõ minùs quàm primas obtinere, ꝙ in iis materia formáque legitima matrimonii cernatur, tradũt probatiſsimi quique catholicæ veritatis doctores.

1 ### AXIOMA XCV.

Sũma q. 64. in 7. partes di-

2 1. Non modò apertè poſcenti, 2. ſed etiam aliquo
3 ſigno indicanti debet vterque coniugum ex 3. æ-

quo

ſtributæ,

Matrimonialis debiti perſolutio.

quo(incoluminate & honeſtate ſalua) alteri, etiam 7. 7
tempore ſacro(licet tunc petens leuiter 5.ſaltẽ 6. pec- 5
cet) matrimoniale debitum perſoluere : 4. ob ídque 6
neuter eorum ſine alterius conſenſu , talis continentię 4
voto, quo iſtius debiti perſolutio impediretur , ſe ob-
ſtringere poteſt.

AXIOMA XCVI.

Sũma q. 65. in ſex partes diuiſa.

Polygamia.

1.Quanquam matrimonii ſecundario fini repugnet 1
vxorum multitudo , eáque ratione à naturali lege nõ-
nihil deflectat, 2.primis tamen temporibus diuina diſ- 2
penſatione quibuſdam multas ducere & ſimul habere
vxores fuit conceſſum. At 5.concubinam, cum qua nul
lum matrimonii ius intercederet , habere , quòd id 3. 5
primario matrimonii fini , prolis nimirum educationi 3
obſit, legíque naturali vehementer aduerſetur , nullo
vnquam tempore licuit, ſed hominum ita congregato-
rum ſocietatem impiam , eorúmque 4.congreſſus ne- 4
fandos & in lethalibus peccatis numerandos , ſemper
iudicauit Dei eccleſia.

AXIOMA XCVII.

Sũma q. 66. in 5. partes diſtributæ.

Irregularitas.

1.Secundum matrimonium ſiue iuxta , ſiue con- 1
tra 2.leges , ſiue 4.ante , ſiue poſt baptiſmum ſuſce- 2
ptum : 3.item primum cum ea quæ virgo non ſit con- 4
tractum , virum à ſacris clericorum ordinibus re- 3
pellit , ſeu (vt trito vtar verbo) irregularitatem af-
5 fert, 5.quæ tamen diſpenſatione, quòd humani ſit iu-
ris , tolli poteſt, à ſummo quidem pontifice reſpectu
omnium , ab aliis verò epiſcopis reſpectu inferiorum
ſeu minorum ordinum.

AXIOMA XCVIII.

Sũma q. 67. in 5. partes diſtributæ.

Repudij libellus tempore legis.

1 Quamuis 1.matrimonium natura ſit indiſſolubile, 2.
2 cadit nihilominus ſub diuinam diſpenſationem eius
3 diſſolutio. 3. Vnde probabilis eſt illorum opinio , li-
cet minùs communis , qui aſſerunt vigente Moyſi
4 lege , & viro vxorem repudiare, & 4.repudiatæ iam
5 mulieri alteri viro nubere (5. non autem ad priorem
reuerti, id enim expreſsè lex vetat) diuino conceſ-
ſu licitum fuiſse. Cæterum in repudii libello, qui v-
6 xori dabatur , cauſas (6. inter quas proxima erat vxo-
7 ris odium) non quidem diſtinctè 7.& ſpeciatim, ſed
generatim duntaxat ſcribi oportebat.

AXIOMA XCIX.

Sũma q. 68. trifariã diſtincta.

Illegitimè nati.

1 1.Illos , qui ex vago & extra verum matrimo-
nium patrato concubitu naſcuntur, illegitimos vo-
2 cant, & ob iſtam infelicem naſcendi ſortem , ab 2.
hæreditario in bona paterna plenè ſuccedẽdi iure nõ-
nulliſque muneribus atque dignitatibus, & ciuiles, &
3 eccleſiaſticæ leges repellunt : 3.ita tamen vt multipli-
ces iis ad dignitatem conditionémque legitimorũ fi-
liorũ perueniendi vias demõſtrent atque patefaciant.

SCHEMA AVGVSTINI HVNNÆI, IN QVO *numerus, ordo & connexio earum, quibus à B. Thoma Catholica de Sacramentis doctrina explicata eſt, ob oculos ponitur.*

- Sacramẽtorũ tractat⁹ apud B. Thomã Aquinatem eſt bipartitus.
  - In priori eius parte agitur de Sacramentis generatim, videlicet de
    - Natura & propria ratione Sacramenti in genere. quæſtione 60.
    - Neceſſitate ſacramentorum. 91.
    - Effectibus Sacramentorum
      - effectu primario, qui eſt gratia. 62.
      - effectu ſecundario qui eſt character. 63.
    - Cauſa Sacramentorum. 64.
    - Numero Sacramentorum. 95.
  - In altera parte agitur de Sacramẽtis ſigillatĩ, nimirũ de
    - Baptiſmo, ad cuius explicationẽ
      - Prius de ipſo Baptiſmo iſta quatuor quæſtionũ genera tractantur.
        - de natura & propria ratione Baptiſmi. 66.
        - quis ſit idoneus Baptiſmi miniſter. 67.
        - de ſuſcipientibus Baptiſmum. 68.
        - de effectu Baptiſmi. 69.
      - Deinde binæ quæſtiones de iis quæ præparationem ad Baptiſmũ continẽt, diſputantur.
        - vna de Circunciſione. 70.
        - altera de catechiſmo & exorciſmo. 71.
    - Confirmatione, cuius explicatio vnica quæſtione in duodecim partes diſtributa abſoluitur. 72.
    - Euchariſtia , ad cuius explicationem iſta octo quæſtionum genera pertractantur, videlicet de
      - ipſo ſacramento Euchariſtiæ. 73.
      - materia eius.
        - ſpecie materiæ. 74.
        - trãſubſtãtiatione panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti. 73.
        - modo quo exiſtit Chriſtus in hoc Sacramento. 76.
        - accidentibus panis & vini. 77.
      - forma eiuſdem. 78.
      - effectibus. 79.
      - accipientibus Euchariſtiam. 80.
      - de modo quo Chriſtus vſus eſt Euchariſtię Sacramento. 81.
      - idoneo euchariſtiæ miniſtro. 82.
      - ritu qui debet in iſto Sacramento ſeruari. 83.
    - Pœnitentiæ, cuius diſputationis ſex ſunt cap. de
      - pęnitentia ipſa
        - quatenus eſt Sacramentum. 84.
        - quatenus eſt virtus. 85.
      - effectu pœnitentiæ.
        - in remittendis peccatis lethalibus. 86.
        - in remittendis peccatis venialibus 87.
        - de reditu peccatorum ſemel remiſſorum. 88.
        - quantum ad recuperationem virtutum. 89.
      - partib. pœnitentiæ.
        - In genere. 90.
        - Quæ ſequuntur ex Supplemento tertiæ partis ſunt deſumpta.
        - In ſpeciẹ de
          - contritione.
            - quid ſit. 1.
            - de quo eſſe debeat. 2.
            - quanta eſſe debeat. 3.
            - quanto tempore durare debeat. 4.
            - de effectu eius. 5.
          - confeſſione, de eius
            - neceſſitate. 6.
            - natura & definitione. 7.
            - miniſtro. 8.
            - qualitate. 9.
            - effectu. 10.
            - ſigillo. 11.
          - ſatisfactione
            - quid ſit. 12.
            - an fieri poſſit. 13.
            - qualis eſſe debeat. 14.
            - quibus rebus Deo ſatisfiat. 15.
      - Suſcipientibus Pœnitentiæ Sacramentum. 16.
      - De miniſtrorũ poteſtate ad claues pertinente , vbi agitur.
        - de clauibus, nimirum de
          - propria vi & natura clauium. 17.
          - effectu earum. 18.
          - miniſtris clauium. 19.
          - his in quibus rectè claues exercentur. 20.
        - excõmunicatione, videlicet de
          - eius propria vi & natura 21.
          - excommunicante & excommunicato. 22.
          - communicatione cum excommunicato. 23.
          - abſolutione ab excommunicationis vinculo. 24.
        - indulgentiis, videlicet,
          - de propria earum vi & natura 25.
          - in quibus ſit poteſtas eas elargiendi. 26.
          - quibus indulgentiæ proſint. 27.
      - Publica & ſolenni pœnitentia 28.
    - Extrema vnctione cuius explicatio hæc quinque capita complectitur,
      - De iis quæ pertinent ad naturam , & primam inſtitutionem extremæ Vnctionis. 29.
      - effectu extremæ Vnctionis. 30.
      - idoneo eius miniſtro. 31.
      - Cui impertiendum ſit iſtud Sacramentum , & in qua parte corporis adhibendum. 32.
      - Poſſit iterari necne iſtud Sacramentum. 33.
    - Ordine, ad cuius declarationẽ de his quinque capitibus diſſeritur.
      - Ordine in genere, cuius capitis tres ſunt partes, videlicet de
        - propria natura & partibus Sacramenti Ordinis. Quæſtione. 34.
        - effectu eius. 35.
        - ſuſcipientibus Ordinem. 36.
      - Diſtinctione Ordinum. 37.
      - Conferentibus Ordinem. 38.
      - impedimento initiandorum. 39.
      - his quæ ſunt Ordinibus annexa. 40.
    - Matrimonio , cuius diſputationis tria sũt capita, hæc videlicet
      - Matrimonium quatenus eſt naturale officium. 41.
      - Matrimonium quatenus eſt Sacramentum. 42.
      - Matrimonium abſolute & ſecundum ſe conſideratum, ad cuius explicationẽ diſputatur de
        - Sponſalibus. 43.
        - Matrimonij propria ratione. 44.
        - Matrimonij cauſa efficiente, ſeu conſenſu
          - conſenſu in genere. 45.
          - conſenſu iureiurando , vel corporum commixtione firmato. 46.
          - conſenſu coacto & conditione reſtricto. 47
          - conſenſu obiecto. 48.
        - Bonis quæ oriuntur ex matrimonio. 49.
        - Matrimonij impedimentis, vbi agitur de
          - impedimentis in genere. 50.
          - erroris impedimento. 51.
          - conditionis, ſeu ſeruitutis impedimento. 52.
          - voti & ordinis impedimento. 53.
          - propinquitatis impedimento. 54.
          - affinitatis impedimento. 55.
          - cognationis ſpiritalis impedimento. 56.
          - cognationis legalis, quæ per adoptionem fit , impedimento. 57.
          - frigiditatis, maleficij , furiæ & amentiæ impedimento. 58.
          - diſparitate cultus, quæ matrimonium impediat. 59.
          - vxoris interfectione. 60.
          - voti ſolennis impedimento. 61.
          - fornicatione alterius coniugum. 62.
        - Secundis nuptiis. 63.
        - Quibuſdam quæ ſunt matrimonio annexa , videlicet de
          - debiti redditione. 64.
          - pluribus vxoribus. 65.
          - defectu , qui irregularitas vulgò appellatur, per bigamiam contracto. 66.
          - libello repudij. 67.
          - filiis illegitimè natis. 68.

ALPHABETICVS LOCORVM COMMVNIVM IN HOC LIBELLO tractatorum Index: cuius numeri non ad paginarum, ſed ad Axiomatum numeros referuntur.

BAptiſmi natura & propria ratio. 7
Baptiſmi miniſter. 8
Baptiſmum ſuſcipientes. 9
Baptiſmi effectus. 10
CAtechiſmus & exorciſmus. 12
Circunciſio. 11
Clauium definitio, & diuiſio. 48
Clauium effectus. 49
Clauium miniſter. 50
Claues in quo exercendæ. 51
Confeſsio, eiúſque neceſsitas. 37
Confeſsionis definitio. 38
Confeſsionis miniſter. 39
Confeſsionis qualitas. 40
Confeſsionis effectus. 41
Confeſsionis ſigillum. 42
Confirmationis Sacramentum. 13
Contritionis obiectum. 33
Contritio quanta eſſe debeat. 34
Contritionis tempus. 35
Contritionis effectus. 36
Contritionis natura & propria ratio 32
DIuortium ob fornicationem alterutrius coniugum tempore Euangelij. 93
EVchariſtiæ Sacramentum. 14
Euchariſtiæ materia. 15
Euchariſtiæ is locus communis vbi de tranſſubſtantiatione agitur. 16.
Euchariſtiæ is locus communis vbi de modo quo Chriſtus eſt in Euchariſtia dicitur. 17
Euchariſtiæ is locus communis vbi de panis & vini accidentibus tractatur. 18
Euchariſtiæ forma. 19
Euchariſtiæ effectus. 20
Euchariſtiæ ſumptio. 21
Euchariſtię quomodo vſus ſit Chriſtus. 22
Euchariſtiæ miniſter. 23
Euchariſtiæ ritus. 24
Excommunicationis vis atque definitio. 52
Excommunicare, & excommunicari quis poſsit. 53
Excommunicati conſortium eſſe fugiendum. 54
Excommunicati abſolutio. 55
Extremæ vnctionis inſtitutio, materia, & forma. 60
Extremæ vnctionis effectus. 61
Extremæ vnctionis miniſter. 62
Extrema vnctio quibus impertienda, & in qua parte corporis adhibenda. 63
Extremæ vnctionis iteratio. 64
ILlegitimè nati. 99
Indulgentiarum vis. 56
Indulgentiarum largitores. 57
Indulgentiæ quibus proſint. 58
Irregularitas. 97
MAtrimonium vt eſt naturale officium. 72
Matrimonium vt eſt Sacramentum. 73
Matrimonij definitio. 75
Matrimonij conſenſus. 76
Matrimonij conſenſus iureiurando vel corporum commixtione firmatus. 77
Matrimonij conſenſus coactus & ſub conditione expreſſus. 78.
Matrimonialis conſenſus obiectum. 79
Matrimonij bona. 80
Matrimonij impedimenta in genere. 81.
Matrimonium impediens error. 82.
Matrimonium impediens ſeruitus. 83.
Matrimonium impediens votum & ordo. 84
Matrimonium impediens conſanguinitas. 85
Matrimonium impediens affinitas. 86
Matrimonium impediens cognatio ſpiritalis. 87
Matrimonium impediens cognatio ciuilis. 88
Matrimonium impediens frigida natura, maleficium, amentia inceſtus, ætas immatura. 89
Matrimonium impediens cultus diſparitas. 90
Matrimonium impediens vxoris interfectio. 91
Matrimonium poſſe diſſolui voto ſolenni. 92
Matrimonialis debiti perſolutio. 95.
ORdinis definitio & partes. 65
Ordinis effectus. 66
Ordinem ſuſcipientium qualitas. 67.
Ordinum diſtinctio. 68
Ordinem conferens. 69
Ordinis impedimentum. 70
Ordinibus annexa. 71
PEccatorum ſemel remiſſorum reditus. 29
Pœnitentia vt eſt Sacramentum. 25
Pœnitentia vt eſt virtus. 26
Pœnitentiæ effectus in peccatis lethalibus delendis. 27.
Pœnitentiæ effectus in venialibus peccatis delendis. 28
Pœnitentiæ vis ad reparandas virtutes prius amiſſas. 30
Pœnitentiæ partes in genere. 31
Pœnitentiæ capaces qui ſint. 47
Pœnitentia ſolennis. 59
Polygamia. 96
REpudij libellus tempore legis Moſaicæ. 98
SAcramenti in genere natura & propria ratio. 1
Sacramentorum neceſsitas. 2
Sacramentorum effectus principalis, qui eſt gratia. 3
Sacramentorum quorundam effectus ſecundarius, qui eſt character. 4
Sacramentorum cauſa ſeu auctor & miniſter. 5
Sacramentorum numerus. 6
Satisfactionis definitio. 43
Satisfacere hominem poſſe. 44
Satisfactionis qualitas. 45
Satisfactoria opera. 46
Secundæ nuptiæ. 94
Sponſalia. 74

F I N I S.

SVMMAM B. Thomæ Aquinatis, cum Illuſtriſs D. Cardinalis Caietani Commentarijs Additione pro ſupplemēto Tertiæ Partis, In librum Dionyſii de Diuinis Nominibus explanatione Caietani Opuſculis, atque Auguſtini Hunnæi Doctoris Theologi, duobus libellis De Axiomatibus ſacramentorum, & de Doctrina Catholica, qui Catechiſmus inſcribitur, à grauiſſ. Teolog. viſam & approbatam, vti omnibus doctrinæ catholicæ ſtudioſis longè vtiliſſimam, impreſſione dignam cenſemus. Taurini Die 16. Septembris Anno à Natiuitate Domini M. D. LXXX.